

(2)

IOANNIS MEYERSI  
EXERCITATIONUM  
CRITICARUM

Pars Secunda.

*In quâ*

Animadversionum Miscellarum

Libri Quatuor, quibus Scriptores varii  
castigantur illustranturque, maxime  
Arnobius & Festus.



LUGDUNI BATAVORUM,  
Ex officinâ Ludovici Elzevirii.

ANNO clō. lō. xciix.




(2)

IOANNIS MEVRSI *AO.*  
EXERCITATIONVM  
CRITICARVM  
Pars Secunda.

*In quâ*

Animadversionum Miscellarum

Libri Quatuor, quibus Scriptores varii  
castigantur illustranturque, maximè  
Arnobius & Festus.



LUGDUNI BATAVORUM,  
Ex officinâ Ludovici Elzevirii.

ANNO clō. lō. xcix.

DA

Prudentissimis, Spectatissi-  
misque Viris,

D. THEODORO LEEWIO,  
Canonico S. Salvatoris.

D. PETRO LEEWIO in Curia  
ultrajectinâ Consilario, & su-  
premo capitalium re-  
rum Quæstori.

IOANNES MEVRSIVS S. D.



Nimadversiones Miscel-  
las cum edere apud ani-  
mū statuissem, Viri Pru-  
dentissimi, vestri nomi-  
nis auspiciis id mihi facere  
visum. Causæ non diu  
erant quærendæ, quippe  
in promptu & multæ satis, & magnæ. Certè, si  
verum fateri velim, cū multū quæsiuissem,  
nō reperissem quibus magis essem obnoxius.  
Tanta enim vestra in parentes meos & meip-  
sum beneficia, non à vobis duntaxat, verū  
etiam parentibus olim vestris, jam à pluri-  
mis annis exstant, ut nullo unquam tempo-  
re paria facere queamus. Postquam autem  
beneficiorum acceptorum memoriam non  
amittere, verbisque gratias agere, est quodam-

modo solvere; quid aliud facio, quàm quod callidi captatores solent, qui cùm non solvant tamen, id student ut soluisse videri possint. Verùm enim verò in hoc ab illis differo, quod postea debere se quicquam negent, ego autem ad exitam usque aetatem debitum meum vel ultrò profitebor. Hoc temporis itaque, quando aliud in me non est, habete ingenioli mei qualemcunque foetum, observantiae erga vos animique debitum agnoscētis testimonium. Vestrum erit benignè hunc excipere, & adversus malignos quosdam veteratores autoritate vestrâ defendere: vel potius, ne, qui gratificari studeam, onus molestissimum imponam, ipsemet mihi vindex ero, omnes istos asstimando (ut ille inquit) unius assis. Ita nullus vobis labor incumbet, & mihi munusculi hujus, quod offero, gratia constabit. Valete Viri Prudentissimi Spectatissimi que, & me, quod facitis, amare pergitte. IX. KL. April. clv. Is. xcix.

5

IOANNIS MEVRSI  
ANIMADVERSIONVM  
MISCELLARVM  
LIBER I.

Cap. I.

Mos in veterè Ecclesiâ adnotatus. *Lector.*  
*Pronuntiator. Sacri apices. Κεφάλαι. Pulpitum. Manuale. Lektionarius. Lectrum. Αὐτολόγιον.* Aetas ei muneri apta; itè electio solēnis. Castitas profitenda, aut uxor ducenda, eaque virgo. Contra facienti quæ poena. Etiâ secundæ nuptiæ licitæ, non tertiæ.



ENSORES imitabor, & ut illi in condendo lustro à bono nomine ordiebantur, ita ego in Animadversionum his libris à more veterè, qui in Ecclesiâ servatus, nobisque à majoribus in manus traditus, scribendi initium faciam, QVOD BENEVERTAT. Hodie ante concionem videmus Auditorum animos prælectione capitum quorundam è sacris Bibliis ad attentionem præparari, qui mos ut laudatissimus, ita peruetustus. Animadverto apud Cyprianum lib. II. epist. v. *Merebatur talis clerice ordinationis ultiores gradus, & incrementa majora, non de annis suis, sed de meritis asstimandus, sed interim placuit ut de officio lectionis incipiat, quia & nihil magis congruit voci, qua dominum gloriosâ predicatione confessus est, quam celebradis divinis lectionibus*

personare post verba sublimia, quæ Christi martyrium prolucata sunt. Et quorum id inunus, Lectores aut etiam Pronuntiatores dicti. Isidorus Orig. lib. vii. cap. xii. Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes qui in Ecclesiâ Christi deserviunt: quorum gradus & nomina sunt hæc. Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Postea. Lectores à legendo, Psalmista à psalmis canendis vocati sunt, illi enim prædicant populis voluntatem Dei, & quid sequantur: isti cantant, ut excitet ad compunctionem animos audientium: licet & quidam lectores ita miserabiliter pronuntient, ut quosdam ad luctum lamentationesq; compellant. Idem etiam Pronuntiatores vocantur, quia populo annuntiant. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, ut quamvis longè positorem aures adimpleat. Hieronymus etiam in epistola quadam ad Sabinianum Diaconum meminit hujus lectionis, cum ait. Oriebatur tibi, ut postea didici, sol inuito, exanguis, marcidus, pallidus, ut suspicione omni careres. Evangelium Christi quasi Diaconus lectitabas. Ex quo loco videri alicui possit ad Diaconos pertinuisse, cum tamen Lector & Diaconus diversi planè fuerint, ut patet ex Isidoro, & Tertulliano, qui libro Adversus Hereticos cap. xli. difertè distinguunt. Nusquã facilius proficit, ut, quã in castris rebellium, ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis sacerdotalia munera iungunt. Unde acutus lector colligat, digniores fuisse Diaconos, quod & fati suggerit Codex Iustinianus lib. i. Tit. i. i. & Theodotianus lib. xv. Tit. i. item Novell.

Novell. Constitit. vi. xvi. cxxiii. Canones etiam Apostolici, ubi in enumeratione præponuntur. Nam quod Isidorus postponit, nihil turbat, invertit enim omnem sacrorum munerum ordinem, & à minimo orditur. Multa autem Lectorum mentio apud sacros Scriptores, item in veteri lapide.

ATTIO. PROCVLO  
LECTORI  
FILIO. DVLCISSIMO  
QVI. VIXIT. ANN. XVIII  
M. VIII. D. VII  
FABIA. SECVNDA  
CONTRA. VOTVM. MENSAM  
POSUIT. E. M.

Codex Theodosianus loco citato. Lectores divinarum apicum nominat. Divinos apices, (quod facile cuius videre) intelligit divinam scripturam: sed monendum quibiter est, ne quis eos confundat cum Sidonii sacris apicibus, quibus ille Imperatorias literas designat, lib. i. in epistola quadam ad Heronium, Egresso mihi Rhodanesie nostra manibus publicus cursus usui fuit, utpote sacris apicibus accito, & alibi non semel. Erant verò plures, & munus per vices certis quisque diebus obibant. Clarè colligas ex Sulpitio, lib. de vita D. Martini. Nam cum, fortuito Lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus à populo defuisset, turbatis ministris, dū expectatur qui non aderat, unus è circumstantibus sumpto psalterio, quem primum versum invenit, arripuit. Vocabantur porò etiam hi Lectores Κεκταί, sed tantum in Imperatoris coronatione. Codinus lib. de Offic. Constant. Kai oi ἀναγνώσαι, ὡς ἐξ ἑδῶς παλαιῦ κέκταί

ἐν ταῖς τοιαύταις ὀνομάζουσι πανηγύρεσι καὶ τελεταῖς. Liber quæ egebant, *Lectionarius* dicebatur. Iuo Carnotensis lib. i. de Consecrat. Episc. & Cler. *Quæ* *ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, sacramentorū liber, lectionarius, antiphonarius, bap-  
tisterium, computus, canones penitentiales, psalterium, homilia per circulum anni in dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ.* Pluteus in quō lectionarius ponebatur *Lectrum, Pulpitum, Manuale*, in Græcis Ecclesiis ἀναλόγιον nūcupabatur. Isidorus in Glossis. *Lectrum, analogium, super quo legitur.* Item alibi. *Pulpitum, analogium, lectrum.* Gloſſæ H. Stephani. *Manuale, ἀναλόγιον.* Codinus loco citato. ἐμπεριθεὲν δὲ τῷ ἀναλόγιον, ἐφ' ᾧ ἐπιτίθηται ἄρον ἐναγ-  
γέλιον. Iterum. Οὗτος τῆς παρὰ τὴν ἰσαμῆνης εἰς τὴν τῆς θύρας ἑσοδῶν, καὶ τῶν εἰσόδων ἐπὶ ἀναλογίᾳ τεθέντος, ἀσπάζεται τὸ τυτὸν ὁ βασιλεὺς. Vel etiam Ἀγαλογεῖον. Suidas: Ἀγαλογεῖον, ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία.

Mos autē in ecclesiā Cōstantinopolitanā ut festo Nativitatis Domini, corā Imperatore starent in medio triclinio cum palliis, & suparis indutiati. Codinus loco citato. Οἱ δ' ἀναγνώσασθαι μὲν τῶν τεκλινίων κατὰ πρῶτον τὸν βασιλέως, μετὰ τῶν ἱματίων καὶ ἐπιρριπταρίων ἀνδρῶν, φορῶντες καὶ κερπίσια ἐπ' ἀνά τῶν ἱματίων. Dixi de munere ipso: ut de ætate jam dicam ei apta ordo postulat. Illa erat plena pūbertas, itaque in Novellis inventio: *Nemo lectoribus connumeretur, qui minor xvii annis fuerit.* Ergo Artius Proculus, *cujus paullo antē in Inscrip. Ver. mentio, recēnter tum ad id lectus fuit.* Solennis verō ordinatio quæ extiterit, egregiè intelligitur ex his verbis Cōcilii Carthaginensis quarti, cap. vii. *Lector cum-*  
ordi-

ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejusdem fidei, ac vitam, atque ingenium: post hæc spectante plebe tradat ei codicem, in quo lecturus est, dicens. ACCIPE. ET. ESTO. RELATOR. VERBI. DEI. HABITURVS. SI. FIDELITER. ET. VTILITER. IMPLERIS. OFFICIVM. TVVM. PARTEM. CVM. EIS. QVI. VERBUM. DEI. MINISTRAVERINT. Itaque ad id munus adscito aut castitas profertenda, aut ducenda uxor. In Concilio Carthaginensi i. cap. xix. *Lectores cum ad annos pūbertatis veniunt, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.* Et quidem virgo; nam si viduam duxisset, aut repudiatam, ad majorem in Ecclesiā gradum provehi vetabatur. Patet ex Novellarum Constit. cxxiii. *Si lector secundam uxorem duxerit, aut primam quidem, sed viduam, aut divortio separatam a viro, aut legibus, aut sacris interdictam, canonibus: non amplius ad alium ecclesiasticum gradum procedito. Et si quocunque modo ad majorem gradum provehatur, dejiciatur ab eo, & priori restituatur.* Quæ eadem etiam Constit. vi. leguntur. Item apud Iuonem Carnotensem lib. i. de Continentia clericorum. *Uxorem ducere virginē cum benedictione sacerdotali permittuntur: nō autem viduam, aut repudiatam, quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterit.* Licebat etiam secundas nuptias cōtrahere, ut liquet ex verbis citatis Constit. cxxiii. item vi. cum hac tamen pœnā, ne altiozem gradum sperare auderet. Tertia verō omninō illicita. Constit. vi. *Sed non & ad tertias veniat nuptias, satis est enim, si ad nuptias veniat.* Hæc de Lectoribus Ecclesiasticis mihi observata, quæ non omnibus ingrata fore spero.

## Cap. I. I.

*Sanguis* pro damno & pecuniâ. *Castellamenta Lucanica*. Pulres lucanicis circundari solitæ. *Labes imbris, pluvix*. Arnobius emendatus, & illustratus.

**L**ocus est apud Arnobium corruptus lib. II. pag. 74. *Exercerent avidum atque injustissimum fœnus, & miserorum è sanguine supputandi se angerent insanîa: millibus possessionum semper producerent fines*. In Romano exemplari erat. *supputandis augeter insomnia*. Puto rectè emendari posse. *supputandis angerent insomnia millibus: possessionū s. p. f.* Sensus est. Idcirco animas misit ut exercerent injustissimum fœnus, & supputandis è miserorū sanguine millibus augeter (scias) insomnia? Id est, noctes atque dies id cogitarent, quo pacto millia multa nummū per fas per nefas coaccervare possent. Porro hoc levi brachio non transmittendum, quod *sanguis* hic pro damno ponitur, recôditâ notione. Donatus ad Phorm. Act. I. Sc. I. *Dammum, & sumptū, sanguinem nostrum dicimus*. Sub damno autem cōprehenduntur opes & pecuniâ, itaque huc pertinent illa Artemidori *ὀψέχειμων* lib. I. cap. xxxv. *Αἷμα ἐμὲν παύσει καὶ εὐχρὴν καὶ μὴ διαφόρος, ἀραδὸν πένυσι. πρόσκτησιν δὲ σημαίνει καὶ πείσεισιαν χειμάτων. ὅτι τὸν ἴσον λόγον ἔχει τῷ αἵματι τὰ ἀργυρεία*. Apomafar quoque ἀποτελεσμάτων cap. crī. sanguinem aurum & facultates significare dicit. Idem Arnobius pag. 75. *Ut spirulas & botulos facerent, isicia, castellamenta Lucanica*. Vocat *Lucanica castellamenta*, quia pulres nō circundabantur, & quasi munitēban-

tur.

tur. Licet id colligere & ex Martiale.

*Filia Picena venio Lucanica porca,*

*Pultibus hinc niveis grata corona datur.*

Ergo Lucanica, tanquā urbem muris castellaque, pulres circundabant, coronabantque. Et hæc ipsa sine dubio intellexit Plutarchus in Sympof. Quæstion. cum inquit. *Διαπλάσει μελίπυλον εἰς γυμνασίοειος*. Rursus in Afro nostro lib. v. pag. 180. *Suppiter (inquit) in taurum versus, concubitum matris sue appetivit: ut expositum supra est, nominibus his tellus & labens pluvia nuncupatur*. Validè verèor ut scriberet, & *labes pluvia n.* Scioli isti librarii non intelligētes *οψείων*, tam bellè nobis, ut videbatur, correxerunt. Infrequens verò hæc ejus vocis notio, pro casu & lapsu, sic pauld post. *Cum dedrūm criminibus labem imbris è cælo, & telluris significare madorē*. Ac nescio an à veterum aliquo habeat, an p̄brius à sui æui soloecismo. Fortasse ex isto Ennii *VI I I*. *Annal.* apud Diomedem lib. I.

*Certare abnuco, metuo legionibus labem.*

Nam *Cadere* dicuntur in bello qui inferiores fiunt: etsi non eam inficias *labem* in isto Ennii etiam pro ignominia & dedecore, quod illos manebat si victi essent, accipi posse. Sed hæc satis.

## Cap. I. I. I.

*Prægustatorum duo ordines. Prægustator*

*E Nealeys*. Cujus id munus. *Apotidna. Cocistiro.*

*Prægustatorū procurator*. Festus emaculatus.

**P**RÆgustatores apud veteres fuisse docuit jã olim ad Tacitum Lipsius, quibus ego alia adstruam ipsi

ipſi non obſervata. Plinius lib. xxi. cap. i. Namq;  
 apparatu belli Aſiatici gratificationem ipſius regine  
 Antonio timente, nec niſi pręguſtatos cibos ſumen-  
 te, &c. Hieronymus in epilt. quãdam ad matrẽ vi-  
 duam. Erit tibi inter viros matronaſque convivium,  
 ſpectabis aliena oſcula, pręguſtatos cibos. Iuſtinus  
 lib. xii. Philippus ac ſollas pręguſtare ac temperare  
 potum regis ſoliti, in aquã frigidã venenũ habuerunt,  
 quã pręguſtate potioni jam ſupermiſerunt. Quem  
 locum indicavit mihi amicus meus Eitzo Tiarda.  
 Fuerunt autem pręguſtatorum duo ordines, ille ſu-  
 perior, hic inferior. Superioris erant, qui in menſã;  
 inferioris, qui in coquinã. Et ſuperioris iterum duo  
 ordines; nam hi cibum, illi potum explorabant an  
 non veneno eſſent infecti. Qui cibum, καὶ ἐξοχὴν  
 Pręguſtatores dicebantur. Gloſſẽ. Πρωτεύς, Prę-  
 guſtator. Item Pręguſtat, πρωτεύται. Lapis vetus.

TI. CLAUDIO. TI. AVG. LIB. ARRIO. LIB.

CLAUDI ANIANO. SCRIB. LIBEL

TI. CLAUDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI.

AVG. PRÆGVSTATOR. FRATRĪ. PIſſ.

ET. FIDELISSIMO. PEC.

Græcis Εὐδαίμων nuncupabantur. Suidas. Εὐδαίμων,  
 τὸ μὲν ὄνομα ἐλλωικόν. ἢ δὲ ἕρεια. περσικὴ. ἢ δὲ πρῶ-  
 γύσης ἰοπεῶτον, ἢ πρῶδιεν τῆ βασιλέως εἰς ἀσφάλαν.  
 Quæ totidem verbis habes apud Etymologicogra-  
 phum. At qui potum explorabant, A potione vo-  
 cabantur. Lapis vetus.

M. VLPIO. AVG. LIB.

PHAEDIMO. DIVI. TRAIANI. AVG.

A. POTIONE

Item alius.

TI, CLAVD, AVG, LIB  
 GRATIO, LIVIAE, IT  
 AVG, SER, A, POTION  
 NE, S' T' T' L'

Et in aliis duobus idem invenire eſt. Delecti ad id  
 munus ſpadones. Colligo ex iſto Taciti loco Anna-  
 li xii. ſub finem. Eius mulieris ingenio paratum vi-  
 rus, cujus miniſter eſt ſpadonibus fui Halotus, infer-  
 re epulas & explorare guſtu ſolitus. Confirmant  
 conjecturam meam, quod etiam aliã ſpadonum  
 miniſteria in conviviiſ frequentiaſ. Jam ut de infe-  
 riori ordine dicam reſtat. Eius erat in coquinã an  
 eſculenta bene eſſent condita ex-guſtu judicare.  
 Exemplum apud Arnobium lib. iv. Per humani  
 generis coquinas currit, inſpiciens & explorans qui-  
 buſnam lignorum generibus ſuis arbor in ſuculis exci-  
 tetur: habitudinem ſitilibus contribuit vaſculis, ne  
 flammã diffiliant vi victa: curat ut ad ſenſum pa-  
 lati ſuis cum jucunditatibus veniant rerum incorrup-  
 tarum ſapores, & an ritẽ pulmenta condita ſint expe-  
 ritur, atque pręguſtatoris fungitur officio. Ita enim  
 poſtrema illa corrigenda oſtendi in Critico Arnob.  
 lib. iv. cap. i. Atque ex hãc re etiam Martialis ca-  
 piendus lib. xiv. Lemm. ccxx.

Non ſatis eſt ars ſola coco ſervire palato.

Namque cocus domini debet habere gulam.

Et hi Cociftrones nominabantur. Obſervo ex Iſido-  
 ri Gloſſario, in quo iſta lego. Cociftro, pręguſtator  
 cocina. ubi cocina ſcriptum eſt pro coquina. utrique  
 porrò huic ordini conſtituti Procuratores. Clarẽ  
 oſtendit Lapis vetus.



DIS MANIBVS

TI. CLAVDI. AVG. LIB  
 ZOSIMI. PROCVRAT  
 PRAEGVSTATORVM  
 CLAVDIA. ENTOLE. CONIVNX  
 VIRO. BENEMERENTI  
 ET. CLAVDIA. EVSTACHIS  
 PAIRI. PIENTISSIMO

Quibus verò id munus incubuerit dicere non possum certò, sed conjectura est ad τὴν ἐδεάτρην pertinuisse, nā illi postea etiam toti rei coquinariae praefecti fuerunt: Suidas loco citato. Ἦσαν δὲ ἐνομίῳ ἐδεάτρην καλῶν τῶν ἐπισίτων τῆς οἴλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. Etymologici auctor ἐδεάτρης, ὁ τῶν διδύμων (τετὲ ἐδωδύμων Sylburgius emendat) καὶ τῆς αὐτῆς παρασκευῆς ἐπίσκοπος. Eustathius ad Odyss. 2, &c. ἐδεάτρης παρασκευῆς βασιλέως, ἐπιμελητῆς δειπνῶν. Eadem Heiychius in suo Lexico. Festus. *Edeatre, qui praesunt regis epulis, dicti ἀπὸ τῶν ἐδωμάτων.* Scribo. *Edeatri.*

## Cap. I V.

Arnobio phrasis asserta, lux data. *Frumen, Fruma*, pro *Forma. Frui*, pro *Edere*, ἀρχαῖος. Saliorum carminū obsecratis. *Tharsomenos. Precula. Crepa. Alumeton. Forba. Febra. Fibra.* Festus cotrectus.

**A**Rnobio adferam phrasin peculiarem, quam olim ei ereptum jui injuria. Locus est lib. VII. *Quia generis certi hostias certis jus est consecrare numini-*

*minibus, certaq; & supplicamēta praestari.* Volui ejicere τὸ et, sed perperam: ter ita loquitur. Afer noster uno hoc libro. Statim enim subnequit. *Et que iterū causa est, ut generis certi hostias certis jus sit consecrare numinibus, certaque & supplicamēta praestari:* Deinde infra. *Deque vestro numine vestraque & religione tractetur,* &c. Sic in veteri Inscriptione.

M. AVRELIVS. ALEXANDER  
 AVG. LIB. AB. EPISTVLIS  
 GRÆCIS. SE. VIVVS. FECIT  
 SIBI. ET. SVISQVE  
 LIBERTIS. LIBERTABVS  
 POSTERISQVE. EORVM

Et in plurimis aliis, quas videre est in præclaro illo Inscriptionum Antiquarum Thesauro, ante decennium apud nos excuso beneficio Amplissimorum Academiae hujus Curatorum. Est alter locus ejusdem Arnobii eodem libro. *Quid sit illa, quid frumē, africa, quid gratilla, catumeum, conspolium, cubula?* Legō. *Q. frutilla.* De qua voce magnus Scaliger ad Varronem. Sed potestne τὸ frumē rectum esse: nam sequitur, *ex quibus duo, que prima sunt pultrium nomina Iā Frumen dicitur summa gulæ pars, à Fruor,* quod veteribus illis non ἀπολαύω sed ἐδίω significabat. Donatus ad Terentii Eunuchum Act. IV. Sc. VII. *Frui autem est vesci, à frumine que est summa pars gula: à qua re etiam his que nec cibo nec poculo sunt, frui dicimur καταχρηστικῶς.* Ut pote rebus veneris, & delectatione odoris, visus, auditus, & ceteris. Vide eundem Adelp. Act. V. Sc. VIII. & Phorm. Act. II. Sc. II. Iuvenalis ita loquitur.

*Exul ab octava Marius bibit, & fruitur, dis Iratis.*

Et sanè ab eadem etymologiâ *Fructus* & *Frumen- tum*. Sed ut sententiam super hoc loco meam proferam non, ut olim, dubitanter aut timide, sciendū *Frumen* heic poni pro *Fruma* (nam uttoque modo efferebant, ut *Rumen, Ruma*.) *Fruma* verò pro *Forma* (quæ erat puls ex melle, & milio, teste Festo.) transposiro *R* & *O*. in *V. ἀρχαϊκῶς* mutato. Deprompta autem vox è Saliorum carminibus, (sicut & reliquæ quæ sequuntur) quæ adè etiam olim obscura, ut vix ipsi sacerdotibus intelligerētur. Arque obscuritatis quidem istius testis mihi Quintilianus lib. i. cap. vi. *Nec utique ab ultimis & oblitteratis repetita temporibus, qualia sunt Topper, & Antigerid, & Exanclare, & Profapia, & Saliorum carmina, vix sacerdotibus suis satis intellecta.* Similis omninò literarū transpositio commutatioq; in *Precula*, quod pro *Pergula* usurpavit Tinca Placentinus, etsi ab Hortentio propterea reprehensus; & *Tharsomenus*, quod veteres multi dixerunt pro *Thrasumenus*, ut testantur idem Quintilianus lib. i. cap. v. & Cicero in Bruto. Tale est *Capra, Crepa, Crane, Carna. Alu- meton* pro *Laomedon*, quod malè apud Festū *Alu- mento* legitur, nec causa erat, cur *Laumento* vir magnus veller: *A* & *L* transponūtur, & *T* pro *D*. anti- quâ ratione scribendi, item *V* pro *O*. *Forba* (ita legendum apud Festum, non *Forbea*) *Febra*. pro quo postea *Fibra* dixerunt, ut cognoscimus ex Servii loco à Scaligero ibi citato. *O* mutatur in *E*, ut *Homo, Hemo. Holus, Helus. Apollo, Apello*. Hæc mea sententia de obscurissimo isto loco, quam propo- no au-

no audacter; sed hactenus, si eruditus & serius Lector probabit.

## Cap. v.

*Spes Aëria. In ordinem redigere. Ordinarii homines.* Εὐκλῆια. Fures *Canacheni. Κανά- ξαι.* Arnobius illustratus.

**I**terum Arnobio doctissimo Scribtori operam dabo, sed saltuatim duntaxat. Lib. i. i. *Neque illud obrepit, aut spe vobis aëriâ blandiatur, quod à sciolis nonnullis, & plurimum sibi arrogantibus dicitur.* Quo loco quæ spes *Aëria* sit nonnemo, credo, ignorabit: ego certè hæreo, & puto esse cassam ac inanè; quomodò Poëtæ *aërium* inane dicunt; vel, quod eodem recidit, incertam & ἀβέβητον, nam iidem invisibiles nebulâ involutos, aut, ut Græci loquerentur, ἠέεξ ἕσασαμένους incedere faciunt. Lib. i. v. *Magistratum in ordinem redigere, Senatorem aut convictio prosequi, suis esse decrevis periculossimum pœnis.* ubi *in ordinem redigere* peculiaris phrasis, & digna valdè notatu; pro contemptui habere, & vilipendere. Livius lib. xxx. *Tribuni plebis in ordinem redacti.* Lactantius lib. De Opificio Dei cap. xiiii. *Quorum qui est maximus, quoniam illum sicut in manu discerni à cæteris opus non erat, ita in ordinem redactus est, ut tamen ab aliis magnitudine, ac modico intervallo distare videatur* Plinius lib. i. epist. xxi i. *Plurimum refert quid esse tribunatum putes: inanem umbram, & sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam, & qui in ordinem cogi ut à nullo, ita ne a se quidem debeat.* Item lib. i. i. epist. vi. *Illæ ergo reprimenda, illa quasi*

in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas. Atque in ordinem redacti Ordinarii homines nominabantur. At Ordo intelligebatur eorum qui litium causa Prætores adibant. Festus. *Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram, & improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret aduentium prætores.* Ex quibus verbis apparet pro verbi istius origo. Vel potest ελληνισμός videri, quia Græci τὰ ἐγκύκλια etiam res obvias & viles nuncupant. Dinarchus κατὰ πελονηύκλι. Ἀ' ἠθρώ-  
 πω κ' ἡ μισθωτῶ κ' πάντα τὰ ἐγκύκλια ἀδικήματα ἡ δίκη-  
 κότη. Quod exemplum Priscianus citat lib. xviii. Aristoteles Politicorum α. Ε' κεί γδ λαμβάνων τις μι-  
 δὸν ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια διακονήματα τὸς παύδας. Idē  
 β. Ἐπ' δέ τῶν θεραπύτων τύτοις μάλιστα προσκεόμεν  
 οἱς πλείστον προσεράμεθα πρὸς τὰς διακονίας. τὰς ἐγκυ-  
 κλίνας. Et passim apud alios authores. Age verò, tertium adducamus locum, numero enim Deus im-  
 pare gaudet, ut ait ille. Lib. vii. *Que ad ultimum fures, & obserata pudentes tenebrarum obscuritate canacheni.* ubi Canacheni iidem sunt qui fures, nam utitur Arnobius libenter synonymis. Sumpta autē vox à Græcis, qui κανάξαι & Ἐκκανάξαι pro Evacuare & Exinanire ponunt. Iulius Pollux lib. x. cap. xxiii. Τὰ μέντοι κανάξαι φελλώδεις τινὲς πινάκισκοι  
 ἔδ' ὀκνησάν, ἀφ' ὧν κ' τὸ ἐκκενωῶσαι, ἢ ἐκπιεῖν, κανάξαι λέ-  
 γουσι, κ' ἐκκανάξαι. Iamne intelligis lector obscurifimorum locorum trigam? Arbitror.

Cap.

## Cap. vi.

*Homo, καὶ ἕξοχλῶ* pro viro. *Logi*, pro sermonibus ridiculis. *Incrementum*, pro ἰσπερβολή. *Ingens*, pro Gravido. Πολυάνδειον: Arnobius correctus, & illustratus.

**P**ergam in Arnobio. Legitur pag. 17. lin. 19. *Aut si malum consilium est aggredi nos vi, emittant, aliquod indignationis signum, per quod esse liquidum cunctis possit, invitissimis nos eis habitare sub calo.* In Romano eodice erat indicationis signum. Inde elicio, vindicationis signum. Orta menda ex scriptionis compendio. Pag. 38 lin. 5. *Imò quia hac omnia & ab ipso cernebant geri, & ab ejus præconibus, qui per orbem totum missi beneficia patris & munera diis hominibusq; portabant.* Locus corruptissimus. Rom. cod. *habet, beneficia patris & munerandis animis hominibusque portabant.* Clara correctio mea. *Beneficia patris munerandis & fæminis hominibusque portabant.* Id est, utrique sexui, & fæminis, & viris: Nam *Homo καὶ ἕξοχλῶν* pro viro ponitur. Sic in S. Scriptura Genes. cap. ii. *Quamobrem relinquet homo patrem suam, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne unâ.* Plautus Cistell. Sc. *Nisi quid mihi. Halisca Lampadiscum & Phanoltratam compellans.*

— *mi homo, & mea mulier, vos saluto.*

Et memini in iure nostro alibi legere, sed locus nō succurrit. Sequitur in Arnobio, eadem paginâ, lin. xv. *Magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum, aut apprehendere locum, fortasse possietis (quod videretur esse simillimum veri) & incrementa rebus*

*apposita, & inditas scriptis & commentariis falsitates. Locus depravatus, luxatus, mutilus. Restituo. v. t. virtutum, aut ut logum apprehendere fortasse posses, quod videretur esse simillimum veri, &c. Est verò heic Videri non, δοκείν, sed ἐξᾶδξ, & Incrementa item appellat, quæ Græci τὰς ὑπερβολὰς. Iam ex locum feci logum sensu flagitante. Appellantur autem Logi etiam à Latinis sermones deridiculi. Pag. 40. lin. 20. Enimverò dissoluti est peccatoris in rebus seriis querere voluptatem: & cum tibi sit ratio cum malè se habentibus atque agris, sonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admovere. Scribo, cum tibi sit oratio. Repte, sis, præcedentia, & videbis facillè. Transeo ad lib. vii. pagg. 219. & 222. Ingentes scrofe, non alia sunt quam gravidæ, et si olim cum quodam incientes maluerim. Græcissat Arnobius, quod ei non insolens, nam Μέγας eadem notione apud Græcos. Callimachus Hymno in Iovem.*

*ἐνθα σ' ἐπεὶ μήτις μεγάλων ἀπειθήκατο κόλπων.*

Plautus Pseudolo, Sc. Exite.

*Nisi carnaria tria grādia tergoribus oneri iberi hō-  
Mibi erunt, &c.* (diē)

Nos quoque nostro idiomate efferimus de muliere pregnantè. *Spis groot. Item, Spis met den grooten uiprēk.* Quod postremum planè isti Callimachio respondet. Lib. vi. pag. 190. *Polyanaria illa Varronis quibus templis consecantur.* Πολυάνδειον, ut vox ipsa satis attendenti intinuat. idem quod sepulcrum multis commune, qualia vel peregrinis, vel familiaribus struebantur. Suidas. Πολυάνδειον. μνήμα. τὰ φθ. τὸ θρηλλόμενον παρὰ πολλοῖς ἑξοτάσιον. Incertus Auctor apud ipsum. Ο δὲ γαυαῖς ἐξεχάρετ

*τῆς πόλεως, κταλιπὼν αὐτὴν πολυάνδειον, ἢ πολυτε-  
λή τάφον, ἢ πα τεθαμμένον τῶν ἐνοικηκότων. Aelianus.  
Θάψαντες ἢ τῆς νεκρῶς, εἰς γάσαντο κοινὸν πολυάνδειον.  
Vetus Inscriptio.*

FORTISS. MIL. V. ET. XIX. LEG  
QVORVM OPERA FORTITER  
VETERA CASTRA DEFENSA SVNT  
POLIANDRION.

### Cap. VII.

Viarum muniendarum apud Romanos ratio. Curatores viarum. Redemptores. Magistri pagorū, & Magistra. Quis princeps id munus obierit. Siculus Flaccus emendatus. Chrysologus illustratus.

**D**eflectam semel ab Arnobio, sed statim revertens. Publicæ regales viæ publicè olim Romæ muniabantur, constitutiq; ei rei Curatores, à quibus nonnulli etiam id munus redimebant, qui Redemptores idè dicebantur. Vicinales autem quæ de publicis in agros deflectebant, & sæpè ad alias publicas tendebant, per Magistros pagorum muniabantur, quorum uxores Magistra pagorum appellabantur: quod eò dico, ne quis ad feminas quæque id pertinuisse existimet. Curatores sive Redemptores pecunias à possessoribus ad muniendum exigebant; magistri pagorum autem operas: aut etiam singulis agris certa spatia assignabant unicuique possessori, quæ suis impensis tueretur. Rem omnem hanc colligere animadvertereq; est ex Siculo Flac-

co lib. De limitibus agrorum, cuius ea verba. *Nam sunt via publica regales, quæ publicè muniuntur, & auctororum nomina obtinent: nam & Curatores accipiunt, & per Redemptores muniuntur, in quarumdam (lego quarum etiam) tutelam à possessoribus per tempora summa certa exigitur. Vicinales autem via de publicis quæ divertuntur in agros, & sæpè ad alteras publicas perveniunt, aliter muniuntur per pagos, id est, per Magistros pagorum, qui operas à possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt; aut, ut comperimus, unicuique possessori per singulos agros certa spatia assignantur, quæ suis impensis tuentur, etiam titulos finitis spatiis positos habent, qui indicent cuius agri quod spatium quis dominus tueatur.* A quibus postremis verbis petenda lux Chrysologo Serm. CLIV. *Sicut dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina sæpè sanctorum, merita indicat, testantur insignia.* unde cognoscere est eum morem obtinuisse ad Martiani Augusti usque tempora, quibus ille Auctor vixit. Sed hoc *ὡς ἐν παροίῳ*. Porro magistri pagorum & redemptoris mentio quoque in Fragmentis variorum de Limitibus. *Monumenta finalia non conjunguntur itineri publico, ei maxime quod auctoris nomen obtinet, & per redemptores, & magistros pagorum munitur.* Primus magisterii pagorum munus obiit L. Bennius. Lapis vetus.

CERE-

CERERI AVGVST  
MARI. AGR  
L. BENNIVS. PRIMVS  
MAG. PAGI  
BENNIA. PRIMIGENIA  
MAGISTRA. FECER  
GERMANICO. CÆSARE. TI  
L. SEIO. TVBERONE. COSS  
DIES. SACRI FIC. XIII. K. MAI

## Cap. VIII.

Fores olim quomodò ornari solitæ, nempe sigillis deorum, aut bullis. *Antefixa. Antepagmenta.* Glossæ correctæ. *Laurus* in purificatione. *Robur* fœmin. antiquè. *Auger. Sel.* antiquè pro Sol. *Bu. Tu. Bat. Ta.* Nevius emend. *bis. Axamenta. Anaxamenta.* Charis. correctus. *Cervinus.* *εὐμαγίς.* *Claxendix.* Signa in foribus clausis conchâ occultari solita: & cur id factum. *Exuerta.* Scoparum usus ad amolienda infortunia. *Deverra* dea. Ad puerperas contra Sylvani vim defendendas tria fieri solita. *Hietæ. Hietare.* *Nancio.* Ditiores muceis sudorem abstergebant, pauperiores laciniis. *Nusciciofus. Ninguosus.* Isidorus correctus.

AD Festum quædam annotabo. ~~\_\_\_\_\_~~  
~~\_\_\_\_\_~~. Veteres Romani fores suas studiosè ornabant sigillis deorum,  
B 4 vel

vel fictilibus, vel æneis, vel inauratis, ut ex Livio. Vitruvioque ostendit Scaliger ad *Antefixa*. Sed & bullæ ad ornatū adhibite. Disco ex Plauti *Afinariâ*, Sc. *Quid hoc est negotiū? ubi ita Leonida loquitur.*

*Iussine in splendorem dari bullas has foribus nostris?* Cicero quoque in *Verrinis* acculat Verrē quod bullas aureas à valuis templi magnificentissimis abstulisset. Locus est *Verrinâ vi*. *Bullas omnes aureas ex his valuis, que erant & multe & graves, non dubitavit auferre: quarum iste non opere deletabatur, sed pondere.* Hinc per metaphoram *Persius Sat. v.* *bullas nugas dixit*, id est, bullis exornatas ad forium instar.

*Non equidem studeo bullatis ut mihi nugis*

*Pagina turgescat.* —

Ea ornamenta *Antefixa* & *Antepagmenta* appellabantur, ut ex *Festo* est cognoscere. Apud eundem legitur. *Apor, apud.* ubi ἀρχαιομός est pro *Apur*. *Victorinus de Orthographia.* Sed nos nunc & *Adventum* & *Apud* per d potius, quam per r scribamus, *Arventum, & Apur*. Et malè in *Glossario* est, *Ape, & apà.* Apud eundem in *Aqua*.

*Funus profecti redeuntes ignem sepe grediebantur, aquâ adpersi; quod purgationis genus vocabant suffitionem.*

Adhibebant etiam *Laurum*. Vide *Laureati milites*. *Arbosam* pro arbore antiqui dicebant, & *robosam* pro robore.

~~Corrogo, pro roborem, item pro roborem. Nam pro valere.~~ *Corrogo, pro roborem, item pro roborem. Nam pro valere.*

*Arculum* appellant *circulum*, quem capiti imponebant,

*nebant, ad sustinenda commodius vasa, que ad sacra publica capite portabantur.*

Idem in more rusticanis mulieribus nostris, quando aliqua vasa capite sunt gesturæ. Dicebatur etiâ *Cesticillus*, ὑποκοεστικῶς ἀπὸ τῆς κεστῆ. Porro ab arculo hoc circuli qui in sacrificiis è farinâ fiebant, *Arculata* vocabantur.

*Arcuma* genus est *plaustri modici*, quo homo gestari possit.

Puto fuisse arcuatam suprà, atque inde nomen accepisse. Intellexerit hoc *Tacitus Annal. xv.* *Cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sella, vinclo fasciæ quam pectori detraxerat in modum laquei ad arcum sella relictæ, indidit cervicem.* Aliæ editiones habent *Arcirma*. Hoc fuerit pro *Arcima*, ab arciedo: ut *Punicarna, Punicana, Scurtum, Scutum.* & talia, de quibus ad *Plautum* dixi. Coniici itaque potest Romanos si quem honoratiorem arcessi juberent colloqui aut convictus causâ, honoris ergo hoc *plaustri* genus misisse quo veheretur.

*Arsineum*, ornamentum capitis muliebris.

utebantur eo umbraculi vicem ad arcendum solis æstum: vox autem *Hetrusca* est, nam ea gens *Arsere* pro arcere & avertere dicebant.

*Astus* apud *Poetas* astutiam significat, cujus origo ex *Græco* ab oppido ἄστυ: in quo qui conversati assidue sint, cauti, atque acuti esse videantur.

*Athenæ* propriè ἄστυ dicebatur καὶ ἐξ ὀρνίθου, hinc *Astutos* appellatos volunt *Græmatici*, quod *Athenienses* essent versutissimi. *Plautus Mostellaria*, Sc. *Qui homo timidus.*

(ubi huc advenerit.

TH. *Doctè atque astutè mihi captandū est cum illo,*

*Non ego illi ex templo ostendam meum sensum,  
mittam lineam.*

*Dissimulabo me horum quicquam scire. T. ò mortalem malum!*

*Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest,  
Verba dari illi non magis hodie quisquam, quam  
lapidi, potest.*

Qui locus apprimè ad hunc accommodatus.

*Augur ab avibus gerendoque dictus, quia per eum  
avium gestus edicitur.*

Rectè à gerendo, nam vetustissimi Auger dicebant,  
ut ex Prisciano lib. 1. scimus, cujus hæc verba sunt.

*Antiqui auger & augetatus pro augur & auguratus  
dicebant.*

*Aureliam familiam ex Sabinis oriundam à Sole  
dictam putant: quod ei publicè à populo Romano  
datus sit locus, in quo sacra facerent Soli. qui ex  
hoc Aufelii dicebantur.*

Quomodo Aufelii à Sole? Clarè hinc colligere pos-  
sumus *Sel* pro *Sol* à veteribus dictum, ut *Hemo, He-  
lus, Apello, Pellio*. pro *Homo, Holus, Apollo, Pollio*.  
Romani *Aurelii* pronuntiabant, S in R mutato mo-  
re suo: sic quæ Sabini *Casmina*, illi *Carmina*: Sabini  
*Ausum*, illi *Aurum*. & talia, de quibus ad Plautum  
alibi.

*Butubata Nevius pro nugatoris posuit, hoc est  
nullius dignationis.*

Scribo *δνενημερος*, *Bu, Tu, Bat, Ta*. Nec audeo sequi  
virum summum qui ait pueriles fuisse voces, cum  
solum sint fictitiæ, & usitatæ cum res nihili essent  
significandæ. Tantum *Bu* à pueris translatum, qui  
potum poscentes hanc syllabam pronuntiant. Ipse  
hic

hic Festus in *Imbutum*. *Infantibus cum velint bibe-  
re, dicentibus BV syllabam, contenti sumus*. Iam *TV*  
à noctuâ translatum, cujus iste sonus. Plautus *Me-  
narchmis*, Sc. *Ut hoc utimur*.

*ME. Egon' dedi? PE. tu, tu istis, inquam, vin' affer-  
ri noctuam;*

*Que TV TV usque dicat tibi? nam nos jam de-  
fessi sumus.*

*BAT* sonus ex ore cornicinis lituum eximentis, ut  
Cæsellium Vindicem libro *B* literæ scribisse te-  
statur Charisius lib. 11. Plautus quoq; utitur *Pseu-  
dole*, Sc. *Pseudole, non audis*.

*CA. Quid opus est? PS. potin' aliam rem ut cures?*

*CA. at. PS. bat. CA. crucior. PS. cor dura.*

*TA*. Comicis passim usitatum. Nænius *Tarentillâ*,  
apud Charisium loco citato.

*Ei ei, etiam se audenti mecum unâ apparere?*

*At at ta te. ———*

*Lego, etiamne audent ii mecum. Idem eadem.*

*At at ta te, cave cadas amabo.*

Idem *Corollariâ*,

*Quid salve? at at at ta te. Rivalis, salve, quid  
istud at ta te advertisti tam citò?*

Hæc quoque manca & luxata, itaque restituo.

*At at at at at at ta te rivalis salve. Quid salve?*

*Quid istud at at at at at ta te? Advertisti tã citò?*

In superiori versu reliqui spatium, nam responsio  
est rivalis cujus persona ibi excidit. Sunt autem ver-  
sus octonarii. Hæc mea sententia de his monosylla-  
bis, alia plenè à viri magni; iudicabunt viri eruditi,  
& utram sequantur eligent. Porro antequam desi-  
nam, adducam firmandæ conjecturæ meæ, quâ *Bat*

pro *Ba* rescripti, testimonium Sosipatri ex eodem libro è quo Næviana adduxi. *Bu tu bat ta. hæc Plautus pro nihilo & pro nugis posuit, ut in glossis veterum bat tat ti fluctus quidam & sonus vocis effœminator, ut esse in sacris anagmenorum vocum veterum interpret scribit.* Sed fœdum illic mendum est, nam quæ sunt, sacra anagmenorum? Corrigo, in sacris anaxamentorum, aut potius commutatis finibus dictionũ, in Saliorum anaxamentis. Nam *Axamenta & Anaxamenta* (utroque modo efferebant ut *Axare & Anaxare.*) non erant sacra, sed carmina à Saliis cõposita, in univèrsos homines. Cognoscere hoc est ex Festo. Nec sine causã est quod Sosipater hæc ex vocum veterum interprete refert in Saliorũ carminibus inveniri, quia ea valdè obscura, & quidè, ut ne ab ipsis intelligerentur, quod suprà ex Quintiliano docui: ideòque requirebant solertissimum interpretem. Redè ad Festum.

*Casnar senex Osorum lingua.*

Idem apud Varronem legitur, tamen Quintilianus lib. i. cap. v. contra utriusque auctoritatem Gallicanam vocem autumat. Unde suspicari licet Gallos etiam usurpare cœpisse, postquam Romam cepissent. In *Caula*.

*Antiquis ante usum telctorum oves in antris claudabantur.*

Non oves solùm, sed & reliqua pecora. Lique ex historiã notissimã Caci. Quin & ipsi homines. Iuvenalis Sat. vi.

— cum frigida parvas

*Præberet spelunca domus, ignemque, lavemque,  
Et pecus, & dominos communi clauderet umbrã.*

Hesiodi

Hesiodi interpretes lib. i. ubi de antiquis seculis. Λοιπὸν τῶ ἀνάγκη ἄνθρωποι διδάσκαλον, τὰ κοῖλα τῶν δένδρων, καὶ τὰ δασέα καὶ χρισμὰς πετρῶν, καὶ σπήλαια ὑπεδύοντο.

*Altellus Romulus dicebatur quasi altus in tellure vel quod tellurem suam aleret, sive quod aleretur telis: vel quod à Tatio Sabinorum rege postulatut sit in colloquio pacis, & alternis vicibus audierit locutusque fuèrit: sicut enim fit diminutivè à macro macellus, à vasfro vafellus, ita ab alterno altellus.*

Nihil heic non ineptum, ideoque ex Paulli potius quã Festi erebro censuerim. Rectius Scaliger ὑποκεισικὸν affirmat, quasi sit ἀπὸ τῷ *Altus*, id est *δρεπτες*. Mihi (liceat dissentire à tanto viro) longè aliã mens. ut à *Macer, Macellus, Vaser, Vafellus, Pulcer, Pulcellus*. eodem modò ab *Alter, Altellus*. Veteres autem gemellorũ singulos *Altellos*, utrosque *Geminos* appellabant: itaque jam apparet ratio ob quam Romulus hoc nomine insignitus fuerit.

*Canensem cursorem Titinnius pro pistore dixit.*

Putat vir magnus heic legendum, *præposterè dixit*, & interpretatur valdè præter mentem aut Festi aut Titinnii, nisi me egregiè iudicium fallit. Scribendũ verò una litrà minus *Canensem*, à cane quod erat vinculi ferrei genus, nam catenatos fuisse in pitrino nemo igrorat. Dicitur autem à *Canis, Canensis*, ut ab *Amnis, Amnensis*. Itaque *Canensem* lepidè vocat tanquam à loco aliquo regionevè nomine deducto, quomodo in Asinariã pitrinum Plautus insulam nominat.

*In substitutione ferricrepinis insulis,*

*Ubi vivos homines mortui incurfant boves.*



Et *Molarum coloniam* Pseud. Sc. *Viso quid.*

quid ego cesso *Pseudolum*

*Facere, ut det nomen ad molarum coloniam?*

Iam curforem appellavit, propter cursum quem exercebant in circumagitantâ molâ. Plautus eadê Afinariâ. Sc. *Cur me retentus.*

*Nam jam calcari quadrupedem agitabo ad vos sum  
clivum,*

*Tum postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currês.*  
Sequitur in Festo.

*Cervinus calciamenti genus.*

Si verum est ad Lucilii itum versum

*Cervinus extemplo plantas cohesit honestas.*

Festum & Isidorum oculos habuisse, dubium non est quin turpiter errent. Sed si hoc non est, putê legendum *Cervinus*, minimâ mutatione, nam ita *ερωδης* extulerint, ut *Mullens*, subintelligentes calcium. *Cervinus* autem, quia ex corio cervino, qualis Græcorum *ερωαεις*. Sed hoc arbitrarii juris esto.

*Clacendix, genus concha.*

Isidorus in Glossis. *Clacindex, concha.* Sed confusê literæ, quia *E* pro *I*, & vicissim, scribebant. Sed scribendum est, *Claxendix*. Plautus *Vidulariâ*.

*Apposita est claxendix, at ego signi dicam quid sit.*

Priscianus lib. v. *Claxendix, quod significat concham, quâ signum tegitur.* Veteres enim cum ædes, aut alia quæcunque obsignassent, (nam is mos illis, ut noto ad Lycophronem) signa tegebant occultabantque conchâ, ne aut per imprudentiam lædi, aut alii in fraudem similia sibi sculpere possent.

*Circites, circuli ex aere facti*

Quæ ratio ut isti magis *Circites* dicerentur, quàm qui

qui ex ferro, auro, argentove? Sed heic sententiâ Iuliani acquiescemus, quæ est D. de Legg. Tit. 3. l. xx. *Non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi potest.* Item philophorum, qui negant omnia per *αποδιδειν* posse doceri. Hoc interim dixerim *το* *Circes* à *Circus* deductum esse, ut *Eques* ab *Equus*, *Arques* (nam in Glossario invenio, *Arquites, τοξοται*.) ab *Arquus*. Ergo eâ ratione *Circes* erit propriè annulus. quia habeat circi formâ. In *Everriator*.

*Exuerra sunt purgatio quadâ domus, ex quâ mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito.*

In olim excusis *Exuerta* legitur, quod rectum est, pro *Exversa*, ut *Pulto*, *Merto*, *Adgrettus*, & valet *Exversiones*. Sed veteres malebant præterita participiorum pro nominibus verbalibus usurpare. Tale est quod apud eundem hunc Auctorem legitur. *Exdute, exuvia.* Item *Inferta*, *εμβλημα*. *Publius.*

*Frugalitas inserta rumoris boni est.*

Eiusdê formæ *Contenta*, *Deducta*, *Remissa*, *Offensa*, *Abscissa*, *Resona*, *Condita*. quæ collegi Critici Arnobiani lib. iv. cap. xii. Porro quod ad *everfiones* has attinet, eæ etiam fieri solitè in ædibus puerperarum: nam illis, ut adversus Sylvani vim tutæ essent, hæc tria fiebât. Tres homines noctu limina domus circumibant, & primò limê securi feriebant, postea pilo, tertio scopis deverrebant, ab eâque re deos denominabant *Intêcidonam*, *Pilumnium*, *Deverram*. Vide rem omnem apud Augustinum de Civitate Dei lib. vi. cap. ix.

*Hetta res minimi pretii, quasi hieta, id est hiatus hominis, atque oscitatio.*

Rectè, *quasi hieta*, nam inde veteres *Hietare* dicebant. Diomedes lib. 1. *Hietare & hiatare veteres dixerunt*. Cælius. *Sequere me tu, qui mihi oscitans hietansque restas*. Laberius quoque Tauro passivè extulit ἀρχαϊκῶς. *Hietantur fores*

*Amatio ab amore denominatum.*

Nihil ineptius hac lectione. Scaliger legit, *Amasco*. Ego malim totum locum ita referere. *Amato ab Amo denominatum*. Nam dicebant *Amo, Amato*, ut *Hio Hiato*. quod suprâ ex Diomede ostendi. Et propiùs conjectura mea abit à vestigiis vulgatæ lectionis

*Nauscit cum granum faba se aperit, quod sit non dissimile navis forma,*

Si à Felto hæc explicatio est, non dubito quin in mēdosam lectionem inciderit, ideóque tam absurdam interpretationis rationem dederit. Sanè *Nauscit* legendum est, derivatúque id verbi à nauco, qui significat putamen grani fabæ quod heret in fabulo, ut in *Nauscum* ait Glossematorum scriptores tradere hic idem auctor.

*Nancitor, in duodecim nactus erit*

*Nancitor* pro *Nancitur*, ut admonuit Scaliger: sed & *Nancitur* pro *Nancit* ἀρχαϊκῶς est, nam veteres *Nancio* dicebat. Priscianus lib. x. *Nanciscor à Nancio est, quod in usu fuit vetustissimis*. Gracchus in Orat. pro se. *Si nanciam populi desiderium, comprobabo Reip. commoda.*

*Noegeum quidam amiculi genus prætextū purpurâ, quidam candidum ac perlucidum, quasi à nauco, quod putamen quorundam pomorum est, tenuissimum, non sine candore, ut Livius in Odyssæâ. Simul*

*mul ac lacrymas de ore noego detersit.*

Puto Festum incidisse in mēdosum Livii codicem, ideóque coactum quærere originem & etymon nominis à nanco. Si conjecturâ locus, existimo *Moegeum* à Livio scriptum, pro *Muceum*, à muco, nam *OE* pro *V.* & *G* pro *C* scribebant. Si candidum fuit, verisimile est è lino fuisse, ut etiamnum hodiè apud nos. utebantur verò eo non tantum ad mucos & fluores narium excipiendos, sed & ad lacrymas sudoremque abstergendum, non secus ac nos hodiè. Erat verò opulentiorum, nam pauperibus lacinia ad eum usum. Charinus apud Plaurum Mercat. Sc. *Ex summis opibus, Acanthionem servum ex cursu festum & sudantem ita affatur. At tu edepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.*

*Nusciosus* Ateius Philologus ait appellari solitum. Si propter oculorum vitium parum videret, ac *Opilius Aurelius*, nusciones esse cæcitudines nocturnas. *Alius Stilo*, qui plus videret vespere quam meridie. nec cognosceret nisi quod ad oculos admovisset.

Ridiculus valdè Aurelius est, cum suis cæcitudinibus nocturnis, quæ quales sint nondum potui investigare, nisi si prisco ævo etiam nocte æquè ac die videre potuissent homines dicemus, quod quis sanus audebit? Quam cautè verò Ateius addidit, propter oculorum vitium, quasi verè aliud quid impedire visum posset. Ac *Opilius* sanè videtur *Nusciosus* à nocte voluisse derivare, in quo iterum errat; nam nihil aliud est quam *Lusciosus*, antiquâ *L & N* inter se commutandi ratione. Sic *Lympha, Nympha. Lingua, Ningua.* unde *Ninguosi, garruli* in *Idori* gloss.

glossis, ubi perperam *Ninios* legitur.

*Pa*, pro parte, & *po*, pro populo positum est in *Saliari* carmine.

Scribo. *Par*, pro parte. nam quin vel primam syllabam integram extulerint dubitandum non est. Facile potuit librario unica litera elabi.

*Pruculinat*, promittunt, ait significare *Antistium* de iure pontificali libro nono.

Scribo, *Proculinunt*, promittunt. Ἀρχαιοπὸς est pro *Proculunt*, sicut *Obinunt*, *Ferinkunt*, *Solinunt*, & talia. Contrarium huius *Occulant*.

*Vinulus* dicitur molliter se gerens, & minime quid viriliter faciens. *Plautus*. Oratione vinulâ ac venustulâ.

Locus *Plauti* in *Asinariâ* est: sed errat pueriliter *Paullus* in explicatione, nam *Vinulus*, ut ex *Comici* verbis satis apparet, est delenificus, suadus, disertus, juxta illud *Satyrici*.

*Fœcundi calices quem non fecere disertum.*

Atqui jam *Festum* mitto, ad alia propero.

### Cap. IX.

#### De annulorum sculpturâ quædam annotata.

**D**E sculpturâ annulorum apud veteres quæ observavi, heic proponam. Sciendum autem eam multiplicem fuisse, ut etiam *Plinius* major testatur lib. xxxi. cap. i. quamvis primitus quidem nudæ duntaxat literarum certarum notæ haberentur. Sed audiamus *Plinium*. *Non signat Oriens aut Ægyptus etiam nunc literis contenta solis. Multis hoc modis,*

*dis, ut cætera omnia, luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque opimo digitos onerando, sicut dicemus in gemmarum volumine: mox & effigies varias calando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio.* Erant verò in ipsâ materiâ, non in gemmis, quas postea demum addere cœperunt. Colligere est ex citatis *Plinii* verbis, & *Ateii Capitonis* quæ sunt apud *Macrobius* lib. vii. cap. xiii. *Imprimebatur autem sculptura in ipsâ materiâ annuli, sive ex ferro, sive ex auro foret: postea usus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gemmis caput insculpere: & certatim hæc omnis imitatio lacecessit, ut de augmento pretii, quo sculpendos lapides parassent, gloriarètur. Augente autem jam luxuriâ adscitis gemmis delitæ literæ, & sculpi alia varia cœperunt: aut effigies aliejus de majoribus. Val. Maximus disertè ostendit lib. iii. cap. v. de *Africani* filio loquens. *Insuper quo è manu ejus annulum, in quo caput Africanus sculptum erat, detraxerunt.* Sic *Lentulus* quoque avi imaginem habebat *Cicero* *Catilin.* iii. *Tum ostendit tabellas Lentulo, & quasivi, cognosceretne signum, annuit. Est verò, inquam, signum quidem notum, imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam, & cives suos: quæ quidem te à tanto scelere etiam muta revocare debuit.* Aut de amicis *Ovidius* *Trist. eleg.* vi. lib. i.*

*Hæc tibi dissimula, senti tamen, optime dici,*

*In digito qui me fersq, refersq, tuo.*

*Effigiemq, meam fulvo complexus in auro,*

*Chara relegati quæ potes ora vides.*

Nec amicorum tantum, aut majorum, sed etiam *Cæsaris*, colligitur inde quia *Suetonius* in vitâ *Ti-*

berii narrat eum capital dixisse, si quis in balneum aut lupanar ivisset, annulum cum sua effigie in digito gestans. Hec ejus verba. *Paullatim genus calumniae eò usque processit, ut hac quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestem mutasse, numo vel annulo effigiem impressam latrina aut lupanari intulisse.* Verum magna differentia & criminum occasione, à Claudii principatu ad Vespasiani. Plinius lib. xxxiii. cap. iiii. *Fuit & alia Claudii principatu differentia, in his solis, quibus ad missionem liberti jus dedissent imaginem Principis in annulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: que omnia salutaris exortus Vespasiani Principis abolivit, aequaliter publicado Principem.* Etiam deorum. Idem Plinius lib. ii. cap. vii. *Aliis nullus est deorum respectus, aliis prudendus. Externis famulatur sacris, ac digitis deos gestant.* Qui mos etiam Græcis, unde Pythagoræ symbolum. *Ἐν δεξιᾷ εἰκόνα θεῶν μὴ περιέχειν.* Sed ad Romanos revertor. Cæcina Albinus apud Macrobiū lib. vi. cap. xiiii. *Cum nefas esse sanciret deorum formas insculpi annulis, eò usque processit, ut & cur in hoc digito, vel in hac manu gestaretur annulus, non taceret.* Item animalium ad Ægyptiis inter deos cultorum. Sed tantum gestabat muliebris sexus, usque ad Vespasiani imperium: tum quoque virilis cœpit. Colligo ex Plinio lib. xxxiii. cap. iiii. *Iam verò etiam Harpocratem, statuasque Ægyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt.* Quin & bruta animalia insculpi solita, talis erat Augusti Sphinx: aut historia aliqua, vel fabula: talis ille quem auspicianti Neroni obtulit Sporus. Suetonius. *Auspicianti Sporus annulum mu-*

neri

*neri obtulit, cujus gemma sculptura erat Proserpina raptus.* Talis quoque ille Amphitruonis apud Plautū, cujus ænigma Sol exoriens quadrijugis vertus.

— ME. *est in cistula*

*Amphitruonis obsignata signo. SO. signi dic quid est? (nifex?)*

ME. *Cum quadrigis Sol exoriens, quid me captas car-* Immo res inanimatae interdum, nam Plinius minor quadriga se usum ait epist. xvi. lib. i. *Volui enim hanc quoque, si inveniri potuisset, simul mittere sicut glebulam misi, quam se ex Parthico metallo attulisse dicebat. signata est annulo meo, cujus est: ἀμοσφάγισμα quadriga.* Videor porro observare signaturas quandoque insculpsisse convenientes sibi, vel ob eventum quempiam, vel artem quam facerent, vel munus quod gerent. Ob eventum, conjicio ex isto, qui in munitione oppidi cujusdam inventus, Victoriæ effigiem & trophæum habuit, quem à victore quopiam in tei præclare gesta memoriā ita insignitum exultimo. Suetonius in Galbā. *Per idem forte tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegaret, repertus est annulus opere antiquo, sculpturā gemmæ Victoriā cum trophæo exprimente.* Nisi fuerit ad imitationem nummorum Victoriatorum, qui lege Claudia percussi, quod tamen non puto. Ob artem, munusve: Sic apud Plautum Cureulione, Sc. *Beatus*, miles Therapontigonus annulo insculptum habet militem clypeatum, qui elephantem macherā dissecaret.

— CV. *multam me tibi*

*Salutem jussit Therapontigonus dicere,*

*Et has tabellas dare me jussit. LY. m. hin. CV. ita.*

C 3

Cape,

*Cape, signum nosce, nostin? LY. quid ni noverim?  
Clypeatus elephantum ubi machæra difficit.*

Quin & imaginem propriam habebant. Ecce in Pseudolo Scenâ primâ.

*Eâ causâ miles hic reliquit symbolum,*

*Expressam in cerâ ex annulo suam imaginem.*

Idem fecit Augustus, ut infra dicemus. Deinde non semper eodem utebantur, sed mutabant pro libitu; aut si casu amisissent. Planum ex Trinummo, Sc.  
*Ut mihi rem.*

*Nonne arbitraris cum adolescentem annuli*

*Paterni signum novisse? ME. etiam tu taces?*

*Sexcenta ad eam rem causse possunt colligi,*

*Eum quem habuit perdidit, fecit novum.*

Summa summarum, quisque quod vellet ἀποσφραγισμα habebat, itaque necessariò eveniebat, ut aliquibus idem esset. Inde nimirum concessum ut in testamenti signatione testes omnes uno, & eo quoque alieno, signare possent. Institut. Tit. de Test. Ordin. § Possunt autem. Finiam in Cæsarum nomine illustri, qui Augusti effigiem usurpabant, cum ipse id fecisset, prius tamen sphinge & Alexandro Magno usus. Suetonius in vitâ ejus. In diplomatibus libellisque. & epistolis signandis initia Sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri, novissime suâ, Dioscoridis manu sculptâ, quâ signare infecuti quoque principes perseverarunt.

Cap.

Cap. x.

*Enigma. Alopeciosa. Αλώπηξ. Λευκοδέα  
Bónn. Albunea. Apocrisarius. Diaconus cor-  
rectus. Acisculus. Aciscularius. Acisculorum  
familia Romæ. Castipulum Carribulum. Cos-  
sus pro divino, & vaticinandi perito. Hortus.  
Hanula. Fircus. Fostis. Fostia. Arapennis.*

IN Isidori Glossis quædam sunt non contemnen-  
da, itaq; nos pauca hoc capite ex iis delibabimus.  
*Enigma figura, sive typus vel species.* Hæc notio  
medii istius ævi, nam apud præfatos nō invenias. Pru-  
dentius ita usurpat Hymno 11. περι σφάνων.

*Is ipse tantum non habet*

*Argenteorum enigmatum,*

*Augustus, arcem possidens*

*Cui nummus omnis scribitur.*

ubi per *Enigmata* intelligit τρωπικῶς nummos  
Cæsaris figura signatos. *Adfeda, sella quadrijun-  
gis.* Festo *Adsidela* (quemadmodum *Turba, Turbe-  
la. Fuga, Fugela.* & talia) qui tamen interpretatur  
mensam ad quam sedentes flamines sacrificabant.  
*Alopeciosa, calua.* Scribo *Alopeciosa.* Nam Αλώπηξ  
Græcè est caluities. Callimachi Schol. ad Hymn. 111.  
Αλώπηξ πάδος περι την κεφαλήν γινόμενον, ἐπὶ μεταφο-  
ρᾷ ἔζωει. τὸ γὰρ ζῶον τῆτο λέγεται ὅτι ἐνθα ἀνὴρήσι, ἀγε-  
νθὸ ὁ τόπος τῶ ἐπὶ κεφαλήν γίνεται. ut omittam alios  
Grammaticos *Albuna, mater Matuta.* Lactan-  
tius unam è Sibyllis facit lib. 1. Sed scribendū *Al-  
bunea*, ex Lactantio, Virgilio, & glossis veteribus, in  
quibus est, *Albunea, Λευκοδέα.* Græcis duobus no-  
mini.

minibus indigitatur, *Λουκοθέα Βύνη*, Latini utrunque complexi Albuncam dixerūt uno verbo. *Amphibalum, birrum villosum* Scriberem *Amphimalum* etymologia Græca, nisi persuasum omnino haberem medio ævo ita corruptè pronuntiatam hanc dictionem. Sulpitius Severus Dialogo 11. de vitâ Martini Turonensis. *Nec mora, sanctus paupere non vidente, intrâ amphibalum sibi tunicam latenter eduxit, pauperemq; contectum discedere jubet.* Deinde. *Diaconus vero nihil intelligens, quia extrinsecus indutum amphibalo veste, nudum interius non videbat, postremò pauperem non comparere causatur.* Sic pro *Τιμένι* etiam *Τίβεν* prius, postea *Τίβεν* similiter *M* in *B* mutato dixerunt. Testis Artemidorus lib. 11. cap. 111. *ἐκάλων τὴν ἐδίτα πμένιον, ἐπώνυμον πμένυ ἔνυρόντ.* ὕσενν δὲ τῷ χένον παρφοδάρην τὸ ὄνομα, τίβενος ἐκλήθη. *Anatum, miserum* Scribo *Anatum*, ab Ango. Vide Festum, Priscianum, & Glossas. *Apochryfarius, minister Romana Ecclesia à secretis, legatus a secretis.* Corrigo, *Apocryfarius* Malè quoq; hodiè apud Diaconum legitur lib. de notis literarum. *Quicquid ubique in Solomatero remorantes Apocryfarii à deo consecrati Imperii nacti erunt.* Codinus de Offic. Constant. εἰ δὲ τι τῆς παραστάσεως ἰσαμένυ, δέοσι ἀνερεχθῆναι τῷ βασιλεῖ, εἴτε δ' ἀποκλειστέυ, εἴτε δ' ἄλλοι τῶν ἀναγκαίων, &c. Mentio eorum multa in Novellis Constititt. vi. cxxiii. cxxxiii. *Ascululus, asciola, dolabra.* Lego, *Acisculus*: sic paulò post. *Asiscolum, malleolum, strutorum.* Iterum lego, *Aciscolum*, pro *Asisculum*. Hinc *Aciscularius* dicitur, ut invenio in Glossis à Stephano editis. *Aciscularius, λαλίμ.* Præterea

*Acic-*

*Acisculus* quoque inter cognomina fuit Romana, ut est observare ex Quintiliano lib. vi. cap. 111. *Et hac tam frigida quam est nominum fictio, adjectis, detractis, mutatis literis: ut Acisculū, quia esset pactus, Pacisculum: & Placidum nomine, quia is acerbus natura esset, Acidum: & Tullium, cum fur esset, Tollium dictos invenio.* Et quidem in gente Valeria. Ostendit nummus vetus, quem C. L. V. Fulvius Urtilius vulgavit in libro de Familiis Romanorum; in quo, si rectè memini, ita legitur L. VALERIVS. ACISCVLVS. Et in inscriptionibus antiquis vides. Prudentius Hymno 1v. *πρὸς σελάνων.*

*Afra Carthago tua promet ossa*

*Ore facundo Cypriane doctor:*

*Corduba Acisculum dabit, & Zoëllum,*

*Treisq; coronas.*

*Catadocta, multorum cantica.* Corrigo, *Cata dicta.* Respexit Ennii versum, qui apud Varronem lib. vi. *Tunc cœpit memorare simul cata dicta.* ut emendavit Illustr. Scaliger. Sed melior interpretis idè ille Varro, quam Isidorus. *Castipulū mensa quadrata.* Apud Varronem lib. 1v. est *Cartibulum*; sed *Castipulum* est antiquior appellatio, quam posteriores mollientes in *Cartibulum* mutarunt, veteres enim *S* pro *R*, & *P* pro *B* usurpabant *Cossam, divinam.* Locus obscurissimus, nec puto omnes intelligere: non indignum itaque explicatione cur hoc dicat. Sciendum sumptum in Pythiâ, quæ oracula redditura hominibus, tripodi Apollinis cossum, id est divaricatis pedibus insidebat. Aristophanis Scholiastes *πλάτφ.* Ἦν δὲ ἡ Πυθία γυνή, ἦπερ, ὡς φασι, ὄπιθε δημιένη τῷ τρίποδι ἔ' Ἀπόλλων, καὶ διαγῆσα τὰ σκέλη ποιησὸν κάτω

δεν ἀναδιδομενον πνεῦμα διὰ τῶν γυννηπιῶν ἐδέχετο, καὶ ὑπὸ μανίας πληρωμένη, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, καὶ ἀφρόν ὑπὸ τῆς σῆμας ὑποπέμπουσα, καὶ τὰλλα πάντα ποιοῦσα ἄσπεροις μαινόμενοι ποιεῖν ἐνόησεν, τὰ τῆς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας ἐφθέγγετο ῥήματα. Eadem hæc totidem verbis reperies apud Oecumenium in Comment. ad xv. i. cap. Act. Apostolorum. Hæc verò hujus loci Isidori interpretatio, nec arbitrò aliam conventionem dari posse. *Epimènia, senia qua dantur in singulos menses.* Scribo, *Xenia qua,* &c. Orta menda inde quia librarii S pro X scribebant. Iuvenalis Sat. vi. i.

*Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas Pelamydum: aut veteres M aurorum epimènia bulbi.*

Sed Grammatici Græci interpretantur, τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα δυνόμενα ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλα τῶ μιλῶς ἀπαξ ποτε γινόμενα δύνματα ὑπὲρ τῆς πόλεως. *Hordes, viri fortes.* Scribe *Hortes*, pronuntiatario peruetusta: sic *Hamula, Famula*; & vicissim. *Hostis, Fostis. Hircus, Fircus. Hostia, Fostia. Hædus, Fædus.* Quæ omnia inveniuntur apud doctissimum Festum. *Ingerum, aripennem.* Lego *Arapennem*, qua rusticorum Beticorum vox: sed illi actum quadratum ita nominabant, non jugerum. quamvis solâ longitudine differant, cum illud habeat pedes ccxl. hic autè ccxx. In fragmentis Auctorum Grammaticorū. *Actus quadratus undique finitur pedibus ccxx.* Hinc Beticî *arapennem* dicunt, ab arando scilicet. Habes eadè apud Isidorum hunc Orig. lib. xv. cap. xv. Columella lib. v. cap. i. dicit tantum semijugerum fuisse.

Cap.

Cap. xi.

*Junca virgines. Cinguli. Laureo. Lantitia farina. Malchio. Trimalchio. Μάλχος vox Syriaca. Μέλιχι. Moses eo nomine vocatus. Ad vestem esse. Vestispici. Μανίε. Varro emaculatus.*

ET hoc caput Isidoro dabimus, volente Lectore quod esto. *Juncum lectile.* Scribo, *flexile.* nam junci flecti faciles. Terentius, Eunuch. Act. ii. Sc. i. i. *Junccas virgines* appellat.

*Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student*

*Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient.* (cibum.)

*Si qua habitior paullo, pugilem esse ajunt, deducit Tametsi bona est natura, reddunt curaturâ junccas.*

Ex eo Prudentius *æei seφ.* Hymno i. i.

*Nec mora carnifices gemini*

*Junca pectora dilacerant.*

Sed hic significat tenues & graciles ad junci instar.

Et ut tales essent, arcè fasciis pectus constringebat; inde etiâ ait *vincto pectore.* Hieronymus in epistolâ quâdam ad matrem viduam, & filiam virginem.

*Papilla fascioliis comprimuntur, & crispanti cingulo angustius pectus arcatur.* Catullus in Nuptiis Pelei & Thetidis.

*Non tereti strophio lactentes vincta papillas.*

Hinc etiam *Cingula dicta*, à nimio arcè cingendi se studio. Festus. *Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solent, satis tenues sunt.* Pergo in Glossis.

Glossis. *Laureo, coronato, honore.* Hoc verbū vix usurpare quenkam comperias, cum præteriti participii passivi frequentem usum sit videre. Invenio tamen apud Chrysologum, Serm. LXVI. *Ad illam januam in quā fame suā inhumanitatis tue titulos fixit, ubi postes tuos suis ulceribus laureavit. Lautitia aqua farinā conspersa.* Lego transpositis verbis. *Lautitia farina, aquā conspersa.* Vide Festum in *Lautitia farina.* *Malce, popino, qui amat in popinas ire.* Scribo, *Malco*, pro *Malcio*, sive *Malchio*. In Glossis est *Malchio. ἀνδρῆς.* Hinc illud apud Petronium *Trimalcio* est appellatus, quemadmodum *Trisfur, Triscurrium, Tricongius.* Est verò *Malchus* sive *Malchio* (nam utroque modo efferebant, ut *Pusus, Ρυσιο.* & talia.) vox Syriaca, & regem designat. Eunapius in vita Porphyrii. *Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρον πρῶτον ἐκαλεῖτο πρῶτα. τῦτο δὲ δυνάται βασιλέα λέγειν.* Sed hæc Græcanica terminatio, depravata ex *Μέλχι*, quod verum Syriacū: unde & *Μελχισδὲκ*, quasi Rex pacis. Etymologici auctor. *Μελχισδὲκ τὸ χι, ἵ ἀπὸ παρὰ δόξως. μελχι λέγεται βασιλεὺς τὸ σδὲκ, εἰρήνην. λέγεται ὃν βασιλεὺς εἰρήνης ἢ ἀνάγεται εἰς τὸν χειρῶν.* Apud Clementē etiam *ερωμ. α.* legitur *Motem Μέλχι* nominatum fuisse. Quid verò? numquid *Trimalciones* isti planè basilicè vivunt, & regiam quandam magnificentiam in suā istā prodigalitate præ se ferunt? Itaque nō inconvenienter iis hoc nomen datum. Invenio præterea etiam cognomen fuisse, ut in his lapidibus.

T. STATILIVS  
MALCHIO  
AD. VESTEM

NYMPHISΘ  
NΘ BRITTON  
TRIPVTIENΘ  
SVB-CVRAΘ  
MOVLPI  
MALCHIO  
7. LEG. XXII.  
PRΘPΘFΘ

Dicebāt etiam *Malchinus*, ut *Iecur, Iecinur. Runcica, Runcina*, & talia. Horatius lib. I. Sat. II.

*Malchinus tunicis demissis ambulat. est qui Inguen ad obscœnum subductis usque facietus.*

Quod verò ibi *MALCO LICTORI* legitur, talis etiam fuit ille in Euāgelio, cui D. Petrus gaudio aurem amputat. Iam quod in altero lapide *AD VESTEM* est, inde discimus. *Ad vestem esse* dictos, qui ab antiquissimis *Vestisfici* nominabantur, ut ex Plauto, Afranio, Varroneque apparet, Laudante loca ipsorū Nonio. *Mania, formidinum imagines.* Vide Festum in *Mania & Pila.* Corrigo obiter Varronem Sesequibuisse, apud Nonium *Strophium.* *Suspendit Laribus manias, molles pilas, reticula, ac strophia.* Pessimè ibi hodiè *marinas* legitur pro *manias.* Difforebant autem *Mania & Pila*, quod illæ è farina essent, hæ ex lanā: unde & molles à Varrone dicuntur.



## Cap. XII.

*Momus, Siculus, pro stulto. Captensula. Scaptensula. Naricosus.* Lactantius emendatus. De Nicolais placentis auctores dissentientes conciliati. *Faladum & Palatum* eadem esse. *Pappus. Page.*

**N**otum illud ποῖτε, *Numero deus impare gaudet.* Ergo & tribus capitibus nostri Isidoro operā locabimus. *Marsiculus, qui citò movetur ad irā.* Corripo, *Momus, Siculus, qui c. m. a. i.* Eadem paullò infrā repetit. Est Græcanicū totum, Μῶμος, Μῶμαρ. ut Εἰμῶς, Εἰμάρ. Lycophron noster μῶμαρ γένος dixit. Porro & hoc annotatione non indignum, quod etiā *Siculus* pro stulto ponatur. Ita apud Plautum Persā.

*Dabuntur dolis tibi inde sexcenti legi,*

*Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis.*

*Muscipula, Captentula.* Scribo, *Captensula.* Sic suprā in literā *C.* malè quoque *Captentula, Captro.* Nam ut à Σκάπτω, *Scaptensula, u. a. à Capta Captensula. Narici, bruti.* Dicebant *Naricus, Naricosus.* ut alta ad eam faciem; & ita Deos gentilium illudens Lactantius appellat lib. v. cap. xii. *Ex eo, quod accurate, quod sollicitè persequuntur stultos non esse concedunt, cur enim tam crudeliter sevant, nisi quia metuunt, ne in dies inualecente justitiā, cum diis suis naricosis relinquuntur.* Nam ita legendū illic ex veteribus quibusdam codicibus, qui *varicosus* præferunt, non *curiosus*, quod unus assis nō est. *Nicolans, dactylus.* Dactylus heic significat palmæ fructum. Adellhelmus de Virginitate. *Licet mellifluos palmae*

*dactylus, & mulsum nectaris Nicolauum longè incomparabiliter præstare credamus.* Dicti autem *Nicolai* à Nicolao Damasceno, quem Augustus Cæsar tantoperè amavit, ut maximos & pulcherrimos dactylos ab ejus nomine nuncuparet. Plutarchus Sympos. lib. viii. cap. iv. Εἰ δ' ἄσπερ ἐν Συρίᾳ καὶ Αἰγύπτῳ παρέρχει (ἢ φοινίξ) τὴν βάλανον, ἔφει τε δαματῶν καὶ γλυκῦπτι τεραχημάτων πάντων ἡδίστον, ἔκ αὖ ἦν ἕτερον αὐτῷ παρὲρ βάλαν. ὁ γὰρ βασιλεὺς (ὡς φασιν) ἀσπίους διαφροσύτως τὸν πείρακατῆλκον φιλόσοφον Νικόλαον γλυκῦν ὄντα τῷ ἡδῆ, φαδινὸν δὲ τῷ μήκῃ τῷ σώματος, διάπλεων δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσοντος, ἐρυδήματος, ἰὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων Νικόλαος ἀνέμασε. καὶ μέχει νῦν ὅτως ὀνομάζονται. Athenæus lib. xiv. περὶ δὲ τῶν Νικόλαων καλυμένων φοινίκων, τοσούτον ὁμῖν ἐπιθεῖν ἔχω, τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας καταγομένων, ὅτι ταύτης τῆς περισηρίας ἡξιώθησαν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ αυτοκράτορος σφόδρα χαίροντος τῷ βραμάτι Νικόλαου τῷ Δαμασκηνῷ ἐπιθεῖν ὄντος αὐτῷ, καὶ σέμνοντος φοινίκας συνεχῶς Suidas ait placentas fuisse, non dactylos, ut & Hesychius Eustathius ad Ὀδῶν. σ'. Et tamē utrumque verum esse non potest. Itaque ut conciliem hos Scriptores; sciendum ex palmæ fructibus gentibus quibusdam panes fieri consuevisse. Testis Plinius lib. xii. cap. xiv. ubi de palmis. *Sunt quidem in Europā, vulgòque Italiā, sed steriles. Ferunt in maritimis Hispania fructum, verum immittē: dulcē in Africā, sed statim evanescentē. Contrā in Oriēte, ex his vīna, gentiumque aliquibus panis.* Et hos ipsos panis miserit Augusto Nicolaus, quin etiam, quò gratiores redderet, mel infriaverit, ut hęc de causā Suidas vocaverit μελιτέρας, Eustathius μελί-

μελίπηκτα. Helychius πλακόντας. Atque sic hâc de re sententiam fero, qua cedam tamen, si quis meliorem attulerit. *Palteum, murum, fastigium.* Scribo *Palateum*; sive *Palatium*, quod ἰσοκωεστὸν est à *Palatum*. Est autem *Palatum* idem quod *Falatum* (sicut *Palanga, Falāga.*) nam quod *Faladum* apud Festum legitur planè idem est: quia ut notum est *D. & T.* promiscè alterum pro altero scribebant. Hetrusci ita cælum vocabant ab altitudine, Romani propter similitudinem transfulerunt ad summam, ut ito dicam, oris fornacem. Ennius Hetruscæ nationis sciens, *cali palatū dixit.* Cicero lib. 11. de Nat. deorum. *Dum palato quid sit optimum iudicat, cali palatū, ut ait Ennius, non suspexit.* Arnobius lib. 111. *Avet animus, atque ardet in Chalcidicis illis magnis, atque in palatiis cali deos deasque conspiceret intectis corporibus, atque nudis.* Angustinus de Civit. Dei. lib. VII. cap. VIII. *Palatum Græci βεανὸν appellant. Et nonnulli, inquit poëta Latini cælum vocaverunt palatum.* Pappus, *pedagogus, qui sequitur studentes.* Scribo, *Pappus.* Græcum est παπῶ Pomponius Pistoribus.

*Pappus hic medius habitat, senica non fescennia.* Est autem hac notione persona Comica. Pollux lib. IV. cap. XIX. Τα δὲ δέλων πρόσωπα κομικά, πάπῶ, ἡγεμῶν, θεράπων, κατατριχία, ἢ κάτω τετριχημένῶ, θεράπων δλῶ, θεράπων μέσῶ, θεράπων τέτλιξ, ἡγεμῶν ἐπιστῆς. Ὁ μὲν παπῶ τῶν θεραπόντων πολὺός ἐστι, ἔθλοιο ἀπελευθεροῦν. Scripsere porro Fabulas hoc nomine Nonius & Pomponius; cuius & *Pappum Agricolam, ic Hirneam Pappi* laudat Nonius Marcellus. Idem ex Varionis quoque *Pappo* sive *Indi-*  
gita-

*gitamentis* fragmentum præfert. *Paga memoria sine idolis.* Non omnes, credo, capient hunc locū, itaque libet explicare. Olim in sepulcris, ut notum est, vivebantur inscriptiones, quæ *Memoria* sive *Monumenta* propriè nominabantur, præterea etiam cippi, sed hoc notum: illud fortasse minus, fuisse aliquando in istis scalptas effigies mortuorum, ut observavi ad Lycophronem ex hoc Festi elegantissimo loco. *Statua est Iudii ejus, qui quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in Janiculo: cuius ossa postea ex prodigiis oraculorumq; responsis Senatus decreto intra urbem relata, in Volcanali, quod supra comitium obruta sunt, superque ea columna cum ipsius effigie posita est.* Lapis vetus.

LOCVM SEPVLTVRÆ ET STATVAM DECREVIT ÆMILIA LVCIA MATER.

Rurfus in alio.

HIC SEPVLCRVM. CVM. STATVÆ. POSVIT. SECVNDO. A. CIVITATE. STADIO.

Et in aliis permultis. Transeam ad Græcos, à quibus iste mos manasse videri potest. Lycophron:

ἀγαλμα πῆλας τῶν ἀμικλαίων τάφων.

Erant verò istæ statuæ sacræ diis manibus, quorum summus Pluto, unde ἀγαλμ᾽ αἰδαο dixit Pind. Neæmonic. od. x.

ἔνθεν ἀρπάξαντες ἀγαλμ᾽ αἰδαο, ξεσὸν πῶλεον ἐμβάλεν σέρρω πολυδύκεος.

Itaque sepulcra quæ statuas istas (Isidorus *idola* vocat) non haberent, *Paga* appellabantur. Hæc loci

tam obscuri sententia. Atque hæc ad Glossas. Habebam alia, quibus plurima emendabantur, sed heic libuit subsistere.

## Cap. XIII.

*Persemærens. Persefacul. Perse. Prose. Prosemurium* Festus emendatus. *Foriabus.* Antiqua scribendi D pro T ratio annotata. Arnobius varie interpolatus

**A**ntiquarum & exoletarum vocum quam uon negligens sit Arnobius noster, satis in Critico ejusque Appendice ostensum. Ecce tibi insignem *αρχαϊκῶν* libro v. *Dicite o iterum, ergane deum mater genitalia illa dissecta cum floribus* (emendavi olim *prohibus*) ipsa *per se mærens officiosa seculitate collegit?* Centum expungendas duas voces, sed nunc alia longè mens, lego, ipsa *persemærens officiosa*, &c. Nā *persemærens* pro *permærens*, dixit, id est tristis valde: sic *Persefacul* pro *Perfacul*, & *Perse* pro *Per* antiqui isti pronuntiabant. Festus; *Perfacul* & *persefacul* antiqui dicebant, quod nunc facile & perfacile dicimus. Scio virum magnum aliter sentire, ego tamen Arnobiano loco inductus fletusque scorsum abeo. Ad eandem faciem *Prose*, *ἀντὶ τῷ Προ*, unde *Prosemurium* veteres dicebant, quod proximè muros esset, quasi *Promurium*. Malè autem *Prosmurium* libriorum culpā apud Festum lectum est. Pergo ad lib. vi. *Ecce si aliquis vobis nescientibus & ignavis, rex urbanus & callidus, ex foribus suis Solem tollat, & in Mercurii transferat sedem.* Corrigo, *ex foribus suis, ἀρχαϊκῶν* pro *foris*. Tribuit autem heic statuis, forias, quas aves in templis nidificantes in eas deji-

cic-

ciebant. Infrà eodem hoc libro: *Non hirundines denique intrà ipsos adium circumvolantes tholos, jacularier stercoreis plenas, & modò ipsos vultus, meò minimum ora depingere, barbam, oculos, nasos, aliasque omnes partes, in quascūque se detulerit deonerat proluvies podicis?* Paullò post. *Grossis rassa, descobinata limis, ferris, fursicibus, aculeis, asceis, seta, dolata, effossa.* Scaliger legendum centet *fursicibus, acisculis, asceis*. quā de voce suprā dixi. Lib. 11. *Ab initia homines cuncti omnia scirent, nec seculum esset ullum, quod artis esset ignarum alicujus, aut rerū experientia non paratum.* Emendo, *nō peritum*. Ibidem. *Procedat igitur nobis solitudine in operā nutritus, quod vultis annos agēs, vultis vicenarius?* Volui olim mutare, temerè: nam & hoc *αρχαϊκῶν* est. Itā etiā infrà. *Quod apud Albam regnatum est arnis:* Videmus etiā in Inscriptionibus aliquot: In unā.

R. P. REDDIDID. EX. QVOR. REDITV. DE.  
HS. IV. M. CC. QVOD. ANNIS. VI. ID. MAL.  
DIE. NATAL. SVO. PERPET. DARETVR.

Et in aliā.

QVOIVS. EX. REDITV.  
QVOD. ANNIS. NATALI. SVO. VI. ID.  
FEB. VESCERENTVR.

Sic *Ad* pro *At*, & *Adque* pro *Asque* scriptum in quibusdam lapidibus observavi. Vide quæ Epist. lib. IV. scribit Philippo Posco Angelus Politianus, antiquitatis suā ætate vindex & adsector summus. Ibidem. *Quid ad vos ineptissime fatua, ubi vobis nocemus?* Nihil mutandum, & si in Critico tentaverim. Recta lectio, & ad maiorem exprobatorem con-

tumeliamque dictum est, secundum illud Maronis.

*O verè Phrygia, neque enim Phryges.* —

Hoc me monuit Iacobus Bruno, juvenis literarum politorum minimè negligens, mihi que amicissimus. Simile etiam illud Homeri.

— *Ἀχαιῆδες, ἔγδ' ἀχαιοί.*

### Cap. XIII.

*Argentum* quid significet, olim *Argentum* dictum. *Immustulus* quænam avis sit. *Mussi*. *Imussi*. *Summussi*. Privigni etymon. *Prugnus*. *Fulgura Provorsa*, *Controvorsa*, *Peremptalia*, *Postularia*, *Renovativa* quæ. *Fulgura* quando expiata crederentur. *Iovista*. *Prox*. In Festo quædam eruta, & correctæ.

**F**esti præstantissima fragmenta quoties lego, toties ferè aliquid ex remotissimâ antiquitate eruo: & solum vehementer indignari pessimam ἐπιτομήν Paulli, qui utinam aut Caroli Magni temporibus non vixisset, aut Scriptorem hunc doctissimam nunquam vidisset. Sed omisâ querela, hoc agam. Invenio in istis, quæ dixi, fragmentis.

*Argennum, argentinum, percandidum.*

Ita interpungendum. Nô autem assentior viro magno, qui legit *argenteum*, nam *Argentum*, etsi de pecuniâ usurpetur, propriè tamen nihil aliud sonat, quàm album, sive candidum; est autem vox Rhægiensium, qui ἀργεννὸν πρό ἀργειδὸν efferebant. Certum verò omnino est à candore substantiam istam nomen accepisse, ut & apud Græcos; qui ἀργύρεον vocant: Latini namque veteres qui Græcorum linguâ

quâ usi sunt, *Argentum* prius dicebant, postea *Argendum*, & *Argentum*, (nam D & T. promiscè efferebant.) Sic *Terenum* prius, postea *Terentum*. *Pennno*, *Pendo*. *Tenno*, *Tendo*. de quibus ad Plauti Militè. Hæc sanè sententia Pompeii, quem vix dubium est aliter scribisse, sed locum mutilatione suâ Paulus obscurissimum reddidit, & nemini hactenus intellectum, quod præscini dixerim. Si tamen eruditorum Senatus secus arbitrabitur, libens me ipsorum iudicio submittam, placiturus nihilominus solâ, ut spero, inventione.

*Immustulus* ales ex genere aquilarum est, sed minorum virum, quàm aquila. quæ volucris rarè, & non ferè præterquam vere apparet; quia æstum algoremque metuit. appellatur autem ita, quod subito & inexpectata se immittat.

Legendum est *Immustulus*, non *Immustulus*, aut *Immusculus*. Arnobius lib. 11. *Quid in mundo faciunt* (ita legendum monui, in Critico) *bubones, immustuli, buteones? quid alites & volucres cetera?* Glossæ. *Immustulus*, ὀρνέον βασιλικόν, Pessimè. Alibi. *Immustulus*, εἰδὲ ὀρνέον. Rectè, quia veteres consonantes non geminabant, ut notum. Nec aliter legas in Plinio lib. x. cap. v 11. Fuit autem de ave hæc apud Augures aliosque Auctores magna cōtroversia: nam quidam regulum, quidam ossifragam dicebant, Masurius Sabinus aquilæ pulbū, alii ex aquilarum genere, quorum sententia verissima. Erat autem περὶ πνοπτεροῦ, quæ & ὀρπέλαροῦ, quod quartum aquilarum genus constituit Plinius libro citato, cap. 111. Quod verò Festus ait esse minorum virium, congruit cum Plinii verbis de perchnoptero.

*Quarti generis est percnopterus: eadem oripelargus, vulturinâ specie, alis minimis, reliquâ magnitudine antecellens, sed imbellis & degener, ut quem verberet corvus. Iam quod dicitur ita appellari, quia subito & inexpectata se immittat, planè falsum est, sive Paulli ea etymologia sit, sive Festi; immussulus enim dicebatur, à murmure quod ciet, nam *Mussi* veteribus nominabantur murinatores, unde *Mussa-re*, & composita *Immussi*, ὑποκειτῆρος *Immussuli*, quibus contrarii *Summussi*, qui tacitè murmurant, cum *In* sit ἀνεπίκρον. Ergo *Immussulus* est quæ vehementer murmurat. *Summussi* apud Nævium.*

*Odi summusos, proinde aperte dice quid fiet*

*Quod times.*

Hæc de murmure etiam à perenopteri descriptione non aliena sunt. Plinius loco citato. *Eadem jejuna, semper aviditatis, & querula murmurationis.* Porro quod legitur raro, & vix, nisi vere, apparere, malè confunduntur aquilarum genera, nam hoc gnesiis proprium ex Plinio cognoscimus, cujus hæc verba, *Hæc facit ut quintum genus gnesion vocetur, velut verum, solumque incorrupta originis, mediâ magnitudine, colore subbrutilo, rarum conspectu.* Atque jam arbitror satis ostensum immussulum cum percnoptero eundem esse,

*Privignus dicitur quod ante, quam mater secundò nuberet, est progenitus: pri enim antiqui pro præ dicebant.*

Quanta hæc Paulli ineptia! nõ enim Festi dixerim: quàm falsa & ridicula etymologia! nam *Privignus* est quasi privus & singularis filius, ex aliis nuptiis procreatus. Sed veteres *Prignus* dicebant, id est

*Prignus*

*Prignus* (ut *Aprignum*, *Aprignum*, *Caprignum*, *Caprignum*, de quibus ad Plautum.) atque jam valebit.

*Provorsum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu an interdiu sit factum, itaque Iovi Fulguritori & Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur.*

Necessariò multum errat in interpretatione Festus codice depravato usus, aut malè Paullus epitomen suam instituit, nam hæc sunt *Controversa* potius, utpote de quibus controversia esset quo tempore cecidissent, incertosque facerent, utri propterea esset sacrificandum, siquidem ob diurna Fulguritori, ob nocturna Summano sacrificabāt: Ergo, ut neutrius offensam incurrerent, sacra peragebant: utriusque communia. Colligo ex istis verbis. *Itaque Iovi Fulguritori & Summano fit.* Nam *Facere* ἀπλῶς pro sacrificare proferebant. Est autem de sacrificiis his elegans narratio apud Arnobium lib. v. & Ovidium in Fastis. Expiasse se credebant, si alia tum fulgura mitterentur, quæ credebant tollere quicquid superiora portendissent, & *Peremptalia* appellabāt. Dignoscebant ea inde, si major manubia fuisset, siquidem triplices erant Iovis manubiæ, nempe minimæ, quæ monerent tantum; majores, quæ cum fragore veniebant; maximæ, quæ adurebant, aut fuligine deformabant, aut accendebant. Quod si major manubia nõ erat, spretam votorum sacrificiorumque religionem à diis significabant, aliamq; denuò expiatione postulabant, quæ *Adtestata*, *Postularia*, & *Renovativa* nuncupata. Sed redeam ad locum de quo ago. Origo mendi compendium scriptionis,

*Crōvorſa.* Porro *Controvorſa* fulgura non alia fuerunt quam quæ diluculo & crepusculo accidebant, quæ tempora diei ne an nocti annumerari debeant in incerto est. Hæc etsi Festus non tradat, veteres tamen eâ ipsâ intellexisse minimè dubium est. Iam *Provorſa* siue *Prorſa* τὸ ἀντάπια, quæ rectè in os mittebat Iupiter iis quos ferre vellet.

*Prox*, bona vox, velut quidam putant, significare videtur, ut ait Labeo de iure pontificio libro undecimo.

Optimè: hinc *Procure*, bonis & blandicidis verbis aliquid petere; ut à *Vox*, *Vocare*. & talia:

*Ioviſta*, compositum à *Iove* & *iusta*.

Quam torlit hic locus summos viros, qui non animadverterunt Paulli hoc additamentum esse, non Festi ipsius fragmentum, ut & alia nonnulla de suo iste frutex inſperſit. Est autem vox *ævi* illius barbara quo vixit, itaque dicebantur qui sub *Iove* nati essent, cur autem nõ interpretetur ea est causâ, quod nimis tũ in vulgus nota esset. Sed valdè se ridendũ propinat cũ compositam dicat, & tam ineptum etymon quærat. *O cor Zenodoti, jecur Cratæctis!*

### Cap. XIV.

*Dextræ* reverentia. *Fidei* sacrata à Numâ. Δεξιαι, Pythagoræ ἀποδεγμα. Iuliani heroicũ dictũ. *Dextræ* inter signa. Legionibus amicis adventantibus ab civitatibus donatæ: qui mos etiam regum & magnatum inter se. Tacitus illustratus, & Cæsar, qui etiã emendatus. *Numeri*. Suidas correctus.

Cele-

*C*eleberrimum apud veteres illos, ut etiamnũ, *scæderis* ac *fidei* symbolum dextra habita. Iſidorus. *Dextera* vocatur à dando, ipsa enim *pignus pacis* dicitur, ipsa *fidei testis* atque *salutis adhibetur*. Plinius major. *ſineſt & aliis partibus quadam religio: sicut dextera osculis averſa appetitur, in fide porrigitur*. Idèoque *Fidei* eam *Numa Pompilius* non injuriã consecravit. Livius clarè docet. *Dextram Numa Pompilius Fidei consecravit: dextrã se antiqui venerabantur, per dexteram jurabant, tanquam fidei sedem, & virtutis ministram*. Hinc *Dido* apud *Virgilium* *Æneid. iv.*

— en dextra, fidesque,

*Quem secum patrios aiunt portare penates.*

*Cicero* pro *Deiotaro*. *Per dextram te istam oro, quã regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram non tam in bellis & praliis, quã in promissis & fide firmiorẽ*. *Terentius Andriæ* *Act. i. Sc. v.*

*Quod ego per hanc te dextram oro, & Geniũ tuũ, Per fidem tuam*.

Et sanè Græci *scædera* quæ dextris pangerentur, Δεξιαι appellarunt. *Hesychius*. Δεξιαι, αἱ συνθήκαι, καὶ αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν, εἰς σύμβολον ἢ βέβαια ἔσθαι. Solebant item (qui mos etiamnum apud nos) alicunde adveniẽtibus dextrã porrectã adventum gratulari. *Virgilius* *Æneid. i.*

— cur dextra jungere dextram

*Non datur?*

Quo loco *Servius*. *Maiorum enim hæc fuerat salutatio: cuius rei causam Varro Callimachum secutus exposuit, asserens omnem eorum honorem dextrarum constituisse virtute: ob quam rem hæc se veneraban-*

D 5

ban-

*banantur corporis parte.* Heliodorus Æthiopic. lib. I. I. Επειδὴ γὰρ, φησιν, εἰς τὸ δωματίον ἦλθον ὑπαντᾷ τέ μοι ἡ παῖς, καὶ ἔλεγε μὲν ὕδεν, ἔπειτα τῆς ἐλλάδος συνείσα φωνῆς. ἀπὸ δὲ τῆς χειρὸς ἠπάρετο, &c. Parthenius Erot. VIII. Τῶν δὲ διὰ φιλοξενίαν αὐτὸν ἐτοιμῶς ὑποδεξαμένων ἐπισελθὼν ὄρα τὴν γυναῖκα, καὶ αὐτὸν τῶ χεῖρε ἀμφιλαβῶσα μάλα φιλοφρονῶς προσηγάγelo. Huc pertinet illud nobilissimum ἀποφθεγμα Pythagoræ. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. Apud Ammianum quoq; lib. XXI. extat Iuliani Imperatoris dictum ad Nebridium præfectum, integritatis exemplum, qui contra Constantium, cui multis beneficiis obstrictus erat, solus jurare volebat constanter: hic enim cum ejus manum supplex jacensque in summo vitæ discrimine posceret, dixit: *Et quid amicis præcipuum servabitur, si tu manum tetigeris meam? Sed hinc quo libet abi securus.* Dictum verè heroicum, & Imperatore dignum. Sed hæc nota; illa fortassè non ita, quæ subjungam. Civitates legionibus amicis adventantibus amicitia insignie obviam dono misisse dexteras. Observo ex Tacito Hist. I. cui & lucem adferam. Sic ait, *Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus dexteras hospitii insignie.* Erant verò istæ dextræ signa militaria, dicebanturque ita à dextris, ut *Aquila* ab aquilis, *Vexilla* à patuis velis in cacumine expansis. Atque ex dextræ aliquando binæ fuerunt, & implicita; aliquando simplices. Habes specimina in nummis veteribus, Inscriptionibus, & columnâ Trajani. Et has ipsas dexteras cohortes obviantibus copiis exerebant, cum amicas se esse vellent ostendere, aut pacem & amicitiam postulerent. Ex hoc more militari intelligendus Iulius

Cæsar

Cæsar de Bello Gallico. lib. VII. *Subito sunt à dui visi ab latere nostris aperto, quos Cæsar ab dextrâ parte alio adscensu, manus distinenda causâ miserat; si similitudine armorum vehementer nostros perterverunt. ac tametsi dextris humeris exercitis animadvertentur, quod insigne pacatis esse consueverat: tamen id ipsum sui fallendi causâ milites ab hostibus factum existimabant.* Sed locus valdè corruptus, quem nec V. CL. Iustus Lipsius sanare potuit: mihi videtur sensus rectus, si legamus, *dextris numeris exercitis.* Nam *Numeri* vocantur cohortes, ut ipse pluribus ostendit initio primi libri Historiarum. Corrigendus verò obiter Suidas. Σπειροί, πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νόμιες, λεγόν. Male enim νόμιες. Porro non civitates tantum legionibus, sed etiâ reges & magnates regibus & magnatibus amicis dexteras mittebant, quas etiam nonnunquam renovabant. Ecce in eodem Tacito lib. Annal. II. *Inter qua ab rege Parthorum Artabano legati venire: miserat amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere renovari dexteras.*

IOANNIS

IOANNIS MEVRSI  
ANIMADVERSIONVM  
MISCELARVM  
LIBER II.

Cap. I.

**Pilumnus** cum Romulo Quirino eundem esse, Picumnus cum Marte Silvano domestico. unde ambo ita dicti. Dii conjugales habiti, & cur. Cn. Gellii fragmentum emendatur. Lecti quādo iis strati, & vota facta. Varro restitutus. Picumnus praestes Larum, & Larum appellatus. Hostilii Lares cur culti, cinctu Gabino formati; item bullae iis suspense, aedesque vota in Campo Martio. Pilumnus idem cum Genio maritorum, & custos puerperarum. Silvani tres. Silvanus agrestis pudicitiae mulierum insidiator.

Quinam dii fuerint Pilumnus & Picumnus etiā veteres ignorarunt. Servius Aeneid. ix. fratres fuisse tradit, Picumnusque stercorendorum agrorum usum invenisse, indeque *Sterquilinum* dictū: Pilumnus verò pinsendi frumēti, ideoque à pisto-ribus cultum. Hæc ejus verba. *Pilumnus & Picumnus fratres fuerūt Dii. Horum Picumnus stercorendorum invenit usum agrorum, unde & Sterquilinus dictus est. Pilumnus verò pinsendi frumēti, & ab ipso pilum dictum est.* ubi de Picumno certè mirum est, cum mythologi omnes Saturno id tribuant: deinde

de

de Pilumno, etsi consentiat Capella lib. 2. hoc valde ineptum est, quod dicat ab eo pilum dictum, cum convenientius multò sit dicere, illum a pilo nomen habere. Sunt autem nomina in vulgus minus nota deorum notissimorum; Romuli & Martis. Pilumnus quidem Romulum esse ex Saliorum carminibus cognosci potest, quibus *Pilumni populi* appellantur Romani, non quod pilis uti assueti, ut vult Festus, (nam sic omnes pilani *Pilumni* dicendi essent) nec quia præcipue pellant hostes; (tum enim *Pellumni* uncupari debebant) sed tanquā Romuli nepotes: nam *Pilumnæ* ibi secundus casus est numeri singularis, non primus pluralis; ut ille existimavit. Est verò *Pilumnus* idem cum Romulo Quirino: ut enim Sabini suā linguā à quirit *Quirinum*; ita Sali obscuritatis studiosissimi, vocumque ignotarum usurpatores & formatores, Latinā à pilo *Pilum* indigerabant. Iam Picumnus Martem esse dixi, id quod verūnam ut picus, quia ei sacer, Martius vocabatur, ita vicissim ille à picō Picumnus, ut Melicerta à portu Portumnus, Romulus a pilo Pilumnus. Est autem idem cum Marte Silvano. Inde intelligendus Aemilius Macer Theog. lib. 1.

*Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.*

Huc pertinet quod picus, à quo nomen accepit, etiā avis est sylvestris, quam nos *Ceri Sprech* nominamus. Convenit siquidem descriptio Pliniana lib. x. cap. xvi. *Quo in genere arborum cavatores, scandentes in subreptum felum modo: illi verò & supini percussi corticis sono pabulum intelligunt.* Item Ovidiana Metamorph. lib. xiv.

*pennas in corpore vidit,*

*Sæpe*



*Sêque novam subito Latus accedere silvis  
Indignatus avem, duro fera robora rostro  
Figit, & iratus longis dat vulnere ramis.*

Ad Picumnium revertor. Dixi eundem esse cū Marte Silvano, sed domestico, non agresti, aut orientali. Id clarè ex eo apparet, quòd Romanis prisèis cum filio Pilumno conjugii curam sit sustinere creditus. Arque causà, qb quam conjugii curam tribuerint Pilumno quidem, hæc quin sit minimè dubitandū est, quia nimirum civibus suis ad stabiliendum novum regnum, genusque propagandū, Sabinas uxores dederit nobilissima illa rapina. Marti verò, sive Picumno, quod is ejusce rapinæ Romulo auctor existimabatur. Cognosco ex Hærsiliae verbis, quæ ex Cn. Gellii Annali tertio profert Agellius lib. xlii. cap. xx. *Neria Martis te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis (lego propitiis) & prosperis uti, quod de tui conjugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos, sibi, suis posteris, patria pararent.* utriusque autem in aedibus lectus sternebatur, quū in terrā infantem obstetrix statuisse, auspiciatumque ei et an rectus ac vitalis foret. Varro de vitâ Pop. Rom. lib. 2. *Natus si erat. (s. puer) sublatu ab obstetrice statuebatur in terrâ, ut auspicaretur vitalis ac rectus esse: diis conjugialibus Pilumno & Picumno in aedibus lectus sternebatur.* Ita emendo ea verba apud Nonium in *Pilumno*. Eisdem marti Kalèdis Martii, id est mensis Picumno sacrati, pro conjugii conservatione vota faciebant: quamvis enim Acron nomina non exprimat, minimè tamen dubitandum est quin hos ipsos designet. Sic ait ad Od. viii. lib. iiii. *Kalendis Martius Marronalia dice-*

*dicebantur, eo quod mariti pro conservatione conjugii supplicabant, & erat dies proprie istius maronis.* Numma quoque in ista lege sua, SEI. PVER. PARENTEM. VERBERIT. AST. OLE. FLORASIT. PVER. DEIVEIS. PARENTOM. SACER. ESTOD. per *Divos parentum* nō alios quam Pilumnium & Picumnium insuit. Unde liquet statim post *ἀποδείων* collatum istum honorem. Plautus quoque Mercatore.

*Dū penates meum parentum familiæ, Lar pater,  
Vobis mando meum parentum rem bene ut tute-  
mini.*

Porro Picumnus, sive Martem Silvanum domesticum dicere mavelis, præstes Larum eras, ut Plato Manium, Iupiter Deorum, Janus Geniorum. *Inscripção vetus.*

SILVANO

SANCTO

LARVM

PHILEMON

P. SCANTI.

ELEUTHERI

D. D.

Et alia.

SILVANO

SANCTO. SACRO

LARVM. CÆSARIS

N. ET. COLLEGI. MA.

GNI. CN. TURPILIVS

TROPHIMVS. VOTO

SVSCEPTO. ARAM

DE. SVO. D. D.

Tertia.

Tertia:

SILVANO. SACRVM. SODAL.  
EIVS. ET. LARVM. DONVM  
POSUIT. TI. CLAVDIVS. AVG.  
LIB. FORTVNATVS. A  
CVRA. AMICORVM

Itaque *Lar* vocabatur, parentisque eo nomine liberos in matrimonium elocuturi, ut bene nuptiæ cederet, sacra ei faciebant. Apud eundem Plautum *Anul. Sc. Volui animum.*

*Nunc tu sculum emi, & hasce coronas floreas.*

*Hæc imponentur in foco nostro Lari,*

*Ut fortunatas faciat gnata nuptias.*

Nec alius debet intelligi in versibus è Mercatore paullo antè prolatis. Veteres autem hinc Laribus quoque, quos *Hostilios* nominabant, sacrificabant, ut ab hostibus se defenderent; scilicet propter præsidem eorum Martem, penes quem bellorum arbitrium putabant. Festus. *Hostilios Laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant.* Itaque formabantur cinctu Gabino, qui militaris, ut docui in *Speilegio Theocritico*, unde eos *Succinctos* vocat *Perfius Sat. v.* Vide interpretem ejus veterè ad eum locum. Atque ideò bullas nobiliores pueri his suspendebant ad omen & vota conciliandæ virtutis bellicæ tantæ, quanta erat in Tarquinii Prisci filio, qui annos agens x i v. hostem manu percusserat, quapropter & donatus est bullâ, quæ id temporis triumphantium duntaxat habebatur. Hi ipsi quoque Larès sunt, quibus *Æmilius Rhegillus* Prætor bello Antiochi eodem vovit in Campo Martio, teste *Macrobio Saturnal. lib. i. cap. 2.* ut autè ad *Pilumnium* sermo-

sermonem reducam; notum est peculiare habuisse maritos Genium; ille is fuit. Discere hoc potes ex veterè Inscriptione istâ.

PILVMNO. SANCTISSIMO. GENIO.

Porro etiam puerperæ post partum inter tres deos custodes unus adhibitus fuit, ne Sylvanus per nocte ingrederetur, vexaretque: & ejus significandi causâ constituebatur quidam, qui pilo limen ferirer. Vide fuscè rem omnem apud *Augustinum de Civit. Dei lib. vi. cap. ix.* Ille autem Sylvanus erat agrestis (nam diversi inter se tres illi, & summa cautio esse debet ne confundantur) pastorum Deus, qui etiam Pan, & Incubus. *Glossa. Πάν ὁ δαιμόνιον, Incubus Sylvanus.* Maximè autem hic Deus mulieres infestare credebatur. *Augustinus de Civit. Dei lib. xv. cap. xxii. Et quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Sylvanos & Faunos, quos vulgo Incubos vocant, improbos sæpe existisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum.*

### Cap. 11.

Fœnifeces caput fœno redimiti. *Syrici. Vrgus.* Festus emaculatus. *Zabyra.* Iupiter *Bröton.* Mos militiam detrectantium. *Suetonius illustratus. Murci. Murcidi.* Murcia dea à Venere Myrtæa distincta. *Murcinarii.*

ET si lectores nolo de gladiatorum scholâ miscellania tamen hoc ferculo illis præbebo. Fœnifeces operam suam locare volentes, fœno capita circum-

cumligabant, ut hoc velut signo dignorari possent. Patet ex Propertio lib. iv. eleg. 11.

*Da falcem, & torto falcem mihi comprime fœno,  
Iurabis nostrâ gramina secta manu.*

Et Ovid. Metam. xiv.

*Tempora sæpe gerens fœno religata recenti  
Defectum poterat gramen versare videri.*

Medio ævo Syrici videntur dicti negotiatores. Colligi potest ex Salviano de Provid. Dei lib. iv. *Nam ut de alio hominum genere non dicam, consideremus solas negotiatorum & Syricorum omnium turbas, qui majorem ferme civitatum universarum partem occupaverunt.* Invenio etiam apud Auctorem Historiæ Apostolicæ lib. v. *O juvenis Syrice, qui amore carnis tue ductus citò animam amisisti.*

Qui nunc Orcus dicitur veteribus Urgan dicebatur, posteriores enim V in O. & G in C. commutaverunt. Cognoscere id est ex Festo, sed verba ejus mendosa, malèque hodiè. *Orcum, quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Uragum, quod & V. litera finum pro O efferebant, & per C litera firmâ nihilominus usurpabant, sed nihil affert exemplorû, ut ita esse credamus: nisi quod is Deus nos maxime urgeat.* Scribo. *antiquis dictum Urgan.*

Medio quoque ævo, & in barbariem vergente prisco illo linguæ Latinæ nitore Zabyra videntur armaria significasse, voce ex Ζαβυραίων detorrâ. Legitur apud Auctorem Historiæ Apostolicæ lib. iv. *Collectis libris magicis Zabyras plenas ad Apostolum attulit.* Et paullo post. *Appendit Zabyris plumbum & lapides, & mitte in mare.*

Inve-

Invenio in veteribus Inscriptionibus deum Brontontem nominari. Ecce in illâ.

DEO. SOLI. INVICTO. MITHRÆ  
FL. SEPTIMIVS. ZOSIMVS. V. P.  
SACERDVS. DEI. BRONTONTIS  
ET. AECATE. HOC. SPELEVM  
CONS TITVIT

Et in aliâ.

IOVI. SANCTO. BRONTONTI. AVR. POPLIVS.

Sed quid ille Iupiter Bronton? an Tonans, ὁ βροντῶν? Sed cur cum Hecate conjungitur?

Olim in Italiâ iste mos obtinebat, ut qui militiam subterfugerent, pollices sibi præsecarent, quo excusare se possent; iique *Murci* dicebantur, & ὑποκοεσικῶς *Murcidi* id est *Murcili*, nam D pro L ut notum est veteres scribebant, & malè olium volui *Murcicidos* dictos, itaque nihil in Plauto, aut Augustino interpolandum; tantum in Festo *Murcidi* debet legi pro *Murricidum*, ut & editiones antiquæ præferunt. Hinc Dea ignavorû *Murcia*, quam malè & veteres & recentes cum Venere Myrteâ confuderunt quæ hoc nomen à myrto sibi sacrâ accepit. Ergo de Murcis hæc Ammianus lib. xv. extremo de Gallis loquês. *Ad militandum omnis ætas aptissima, & pari pectoris robore senex ad procinctum ducitur, & adultus, gelu duratis artibus, & labore assiduo, multa contempturus & formidanda: nec eorum aliquando quispiam, ut in Italiâ, munus Martium pertimescens pollicem sibi præcidit, quos joculariter Murcos appellant.* Exemplû moris itius etiam apud Suetonium Augusto. *Equitem Romanum, quod duobus*

*filiis adolescentibus causâ detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonâq; subjecit hasta. Hic etiam labente imperio, & lingua Latinâ Murcinarii appellari sunt. Isidorus in Glossis. Murcinarius, mutilus.*

Cap. III.

Defectus in Arnobio ostensi, & menda sublata. *Cacare*, pro Abscondere. *Filii* de sexu sequiore, item *Puer*.

**D**enuò in partes vocandus mihi Arnobius, ad eò ille mendis scetet, & miserimè mutilatus est: utrumque ostensum satis hoc ipso libro, & maxime in Critico: ostendam etiam nunc. Pag. 76. lin. 34. *Sed causa in huiusmodi Vertitur sola.* Locus mutilus, & quem sine majore aliquo subsidio Mss<sup>orum</sup> non temerè in integrum restituas. Nec melius habitus est terius liber, cujus principium quivis attentus Lector ἀκρόφαλον esse nullo negotio animadvertet. Nâ; quantū quidem ex sequentibus colligere licet, præcessit gentiliū objectio, quâ exprobrabant, quod nullos religio Christiana habuerit ad stipulatores; adfertores scilicet alia quædam. Ait enim in ipso ferè, ut nunc est, principio. *Nunc ad ordinē revertamur, à quo sumus necessario paullo antè digressi.* Pag. 101. lin. 22. *Possimus interim dicere, ad cultum divinitatis obeundum satis est nobis Deus primus.* Mutilus & hic locus, nam oportet alia quædam ab auctore nostro præmissa sint. Vide locum. Pag. 117. lin. 8. *Incipiamus ergo solemniter ab Iano & nos patre.* Etiam hic locus mutilus, præcesserintque quædam, nam

mini-

minimè cum superioribus cohæret. Pag. 122. lin. XXI. *Quod si opinio Cornificii vera est, imprudēs Cincius invenitur, qui urbium victarum deos potestate afficit.* Malim, *impudens Cincius*, id est, mentitur, hoc plus & elegantiar & acuminis habet. Sed ut hoc affirmare temerè nolim, ita nemo negabit. postrema verba ita restituenda, *potestate eâ afficit*, Coaluerat vox ista cum ultima literâ dictionis præcedentis, & primâ sequentis. Pag. 134. lin. 29. *Aut si aliquis ex his est, ignorabitur & nescietur; quia sit consimilium nominum confusione cecatus.* Fuit aliquândo cum putarem referribendum, *confusione celatus*. Sed video *Cacare* pro eodem posuisse, ut & Cyprianus de Idolorum vanitate. *Horum autem omnium ratio est illa que fallit, & decipit, & prestigis cacantibus veritatem, stultum & prodigum vulgus inducit.* Pag. 136. lin. 7. *Ex capite conceptos filios procreat?* Quia de Minervis locus erat, volui olim *conceptas filias* reponere, sed profectò malè; itaque nunc nihil muto, nam est elegantissimus ἀρχαϊσμός: Plautus Sticho,

*Ego introibo, & gratulabor vestrum adventū filii.*  
pro, *filiiabus.* Iterum Pænulo.

*O mi here salve, Hanno, in speratissime*  
*Mihi, tuisque filii.* —

Sic *Puer* de sexu quoque eodem sequiore. Livius in Odyss. *Santa puer Saturni filia regina.* Nævius belli Punic 2.

*Prima incedit Cereris Proserpina*  
*Puer.* —

Pag. 140. lin. 28. *O egregia merces culpa, o digna & pretiosa dulcedo, propter quam Iupiter maximus cygnus fieret, & taurus, & candidorum procreator ovo-*

*rum. Nihil iudico, nisi transposita hæc verba à supi-  
no exscriptore: Restituo hoc modo pristino ordini.  
Propter quam Iupiter maximus & taurus fieret, &  
cygnus candidorum procreator ovorum. Pag. 145. lin.  
28. Illud nobis propositum est, ut quoniam nos irreligi-  
giosos & impios vocatis, vos contra pios, & deorum,  
contenditis esse cultores, demonstrare atque in medio  
ponere, ab hominibus magis nullis ignominiosus illos  
tractari, quam à vobis. Malè inculcatum tò ut, itaq;  
delèrim audacter. Pag. 146. lin. 4. Qui acervos thuris  
dat concremandos igni, numina consentiendus est co-  
lere. Ex istimarim legendum, acerras thuris dat con-  
cremandas. Notum est quid sint Acerræ. Sic ait quo-  
que libro secundo extremo. Acerras omnes thuris  
plenis consociatis altaribus.*

### Cap. I V.

*Patela. Patelena. Simulacra deorum mi-  
nio picta. Circumscripsit. Malum etiam  
de arbore. Decidere pro Mori.*

**I**terum in Arnobio labor erit. Pag. 130. lin. 8. *Pa-  
tellana numen est, & Patella, è quibus una est pa-  
tefactis, patefaciendis rebus altera præstituta. Magis  
placet unico L scribi Patela, ut à Snadeo, Suadela.  
Deinde Patelena, nõ autem Patellana. veteres enim  
Patela, Patelena dicebant, ut Porcula, Porculena. So-  
cius, Socienus. Dubius, Dubienus. Alius, Alienus.  
Præterea Patelena etiam est apud Augustinum de  
Civitate Dei, lib. IV. cap. VII. sed frumctorum ei cu-  
ram tribuit. Hæc verba. Cum folliculi patefcunt, ut  
spica exeat, deam (præfecerunt) Patelenam. Pag. 192.  
lin.*

**lin. 14.** *Inter deos videmus leones torvissimâ facie, me-  
ro oblita nimio. Lego, oblita minio. Mos veteribus si-  
mulacra deorum diebus festis minio illinere, at-  
que adeo ipsius Iovis, & à Censoribus minia loca-  
bantur. Æthiopes etiam omnes suos deos illo co-  
lore inficiebant. Vide Plinium, lib. XXXIII. cap. VII.  
Dicit autem Arnobius, merum minium, id est sincerum,  
nam & adulterinum erat. Vide eundem Plinium  
loco citato. Pag. 155. lin. 4. Nisi homo præsu-  
mens, quid dicturus esset Iupiter, circumscripsit, deus  
scire non poterat quibus modis pararet circumscribere  
se homo. Excidit heic ἀσχαίσις. nam circumscripsit  
legendum. Similiter antea dixit. Iovem diu cunctatum  
expiabis dixit capite fulgurita. Nam ita legen-  
dum ibi in Excerptis ex MS. Sic idem Afet noster  
Consuetis, alibi dicit non semel, & Decrestis. Pag.  
156. Malum repente cum pomis ex his Punicum  
nascitur. Volui, Malus Punica, sed falsus sum, nam  
veteres Malum non de fructu tantum, verum  
etiam de ipsâ arbore usurpasse videntur. Sic infra.  
Etiamne fluore de sanguinis, & ex genitalibus ampu-  
tatis arbor mali enata est Punici? Invenio & in Pom-  
peianis fragmentis. In arcum virgula erat ex malo  
Punico incurvata, quam regina sacrificans in capite  
gestabat. Pag. 167. lin. 2. Cuius rei testimonium ar-  
gumentum, fortune suis prodidit in carminibus va-  
ses Thracius. Talos, speculum, turbines, volubiles ro-  
tulas, & teretes pilas, & virginibus aurea assumpta  
ab Hesperidibus mala, erat nobis consilium præterire:  
prætervehi etiam illa mysteria, quibus Phrygia initia-  
tur. Solâ interpunctione restituo totum locum. va-  
tes Thracius talos, speculū, &c. ab Hesperidibus ma-  
la.*

la. *Erat nobis consilium præterire, prætervehi etiã, &c.*  
Pag. 174. lin. 1. *Interea dum Liber Stygẽ, Cerberum,*  
*Furias, atque alias res omnes curiosã inquisitione col-*  
*lustrat, ex viventium numero index ille decedit, atque*  
*ex more sepelitur humano.* Volui in Critico decedit,  
sed erravi, ideoque nunc nihil mutandum arbitror.  
Plautus Trinummo.

*Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.*

Horatius lib. 2. epist. 1.

*Scriptor abhinc annos centum qui decedit, inter*

*Perfectos veteresque referri debet, an inter*

*Viles, atque novos? excludat iurgia finis.*

Pag. 177. lin. 1. *Consimili ratione & in historiis ceteris*  
*aliud quidem dicitur, sed intelligitur aliud, & sub*  
*vulgari simplicitate sermonis latet ratio secreta, & al-*  
*titudo involuta mysterii.* Melius. *Vulgaris simplicitate*  
*sermonis.* Pag. 185. lin. 27. *Que quidem nos cessamus*  
*non ideo vel exadificare, vel facere, tanquam impi-*  
*as geramus & scelerosas mentes, aut aliquem sum-*  
*psimus temerariã in deos desperatione contemptum:*  
*sed quod deos arbitramur, & credimus, &c.* Scribo,  
quod eos arbitramur. Malè adhæsit principio ultima  
litera vocis præcedentis. Pag. 217. lin. 21. *Et quid es-*  
*se his potest coinquinatius, infelicitius, spurcius? Ten-*  
*tavi olim, fœtidius, sputcius? Nunc ut nihil muto:*  
*impellit me eò sententiã Tertullianus, apud quem*  
*geminus locus lib. de Spectaculis, cap. x. Appara-*  
*tus etiam ex eã parte consortes, quæ ad scenam spe-*  
*ctat: nam à templis, & aris, & illã infelicitate thuris*  
*& sanguinis, inter tibias & tubas itur, duobus iniqui-*  
*natissimis arbitris funerum & sacrorum, designatore*  
*& haruspice.*

Cap.

Cap. v.

Crepare in convivio turpe, tamen à Clau-  
dio pœnè permissum. Auspicia crepitu vitia-  
ri, comitia prohiberi credita. A finis crepitus  
emittitur præ gaudio. *Fratres fabriles. Sacri*  
*largitores. Bonum concessum. Bonum datum.*

Veniã dabūt mihi lectores de re obscenã astu-  
ro. Inhonestum olim & turpe meritò habitum,  
ut etiam hodiè, in convivio crepitu ventris emit-  
tere; nihilominus Claudius Cæsar permittere idi-  
psum in animo aliquando habuit. Suetonius narrat  
in vitã ejus. cap. xxxi 1. *Dicitur etiam meditatus edi-*  
*ctum, quo veniam daret efflatum crepituque ventris*  
*in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ*  
*pudore ex continentia reperisset.* Nec infamis tantum  
crepitus, sed etiam religionem turbans. Nam au-  
spicia vitiabat, comitia prohibebat. Cato in Oratio-  
ne quam scribit, de sacrilegio commisso. *Domus cui*  
*auspicamus, honorem me deum immortalium velim*  
*habuisse. Servi, ancilla, si quis eorum sub centone cre-*  
*puit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Si*  
*cui ibidem servo, aut ancilla dormienti evenit, quod co-*  
*mitia prohibere solet, ne id quidem mihi vitium facit.*  
Causã aliquando metus. Aristophanes *πρόφο.*

*Κατέκλιτο δ' αὐτὴν ἐτυλίξασ' ἦν χη,*

*Ἦ ποδ' εὖ δέως βδέουσα δριμύτερον γαλή,*

Item Νεφέλαι.

*Καὶ σέβομαι γ' ὠπαλίμητοι. καὶ βύλομαι ἀνταπο-*  
*παρεῖν* (βημαι.

*Πρὸς τὰς βεβητὰς. ἕτως αὐτὰς τε τρεμαίνω καὶ πεφύ-*

Priapus apud Horatium, lib. 1. Sat. VIII.

— & ut non testis inultus

*Horrerim voces Furiarum, & facta duarum;*

*Nam displosa sonat quantum vesica pepedi*

*Diffusa nate ficus.*

Apud Plautū etiam Curculio minatur philosophis, ita se eos pugnis excepturum, ut præ anxietate & metu crepitum emissuri sint polentarium.

— eos ego si offendero

*Ex utroque eorum excutiam crepitum polentariū.*

At quā diversa asinorū natura, qui præ gaudio crepant. Aristophanis Scholiastes ad illa verba εἰρήνης.

ἦ δομαι γδ κὶ γέγηδα, κὶ πέποδα, κὶ γλάφ.

Ita annotat. Ἡ μεταφορὴ ἀπὸ τῶν ὄνων, χαίρεινες γδ πέποδα. Sed misā re obscenā, aliud me conferte liber.

Qui eodem munere fungentur *Fratres* appellabuntur, sic duodecim illi sacerdotes, qui terminos agrī Romani suovetaurilibus lustrabant, *Fratres aruales nominabantur*. Sic *Fratres fabriles*, qui è corpore fabricorū essent. Invenio enim in libello P. Diaconi de Notis literarum. F. FR. *Fabriles fratres*. Qui sint *Comites sacrarum largitionum*, nemo paullum modò in literis versatus, ignorat: iidem etiam *Sacri largitores* dicti videntur, nam lego in eodem Diaconi libello. SC. L. *Sacri largitores*. Ut Senatusconsultorum formula erat *Bonum factum*, ita cum alicui aliquid concessissent, precantes ut benè id cederet, dicebant *Bonum concessum*. cum dedissent verò, *Bonum datum*. Extrat utraque formula in Valerio Probo de Notis. B. C. *Bonum concessum*. B. D. *Bonum datum*.

Cap.

Cap. VI.

De speculorum materiā, generibus, usu.

Plinius illustratus, & Apuleius.

**D**E speculis erit heic sermo, & materiam, genera, usum ostendam. Materia apud veteres non una, pro fortunis opibusque hominum. Pauperiores fluviis eorū vicem utebantur, opulentiores ære. De fluviis abunde dixi in Spicilegio Theocritico, ad Idyllium VI. Etiam de ære: sed hæc libet refingere. Mentio ejus apud Aufonium Mosellā.

*Sic tibi compositos ostentatura capillos*

*Candentem latè speculi explorantis honorem,*

*Cum primum cara nutrix admovit alumna,*

*Leta ignorato fruitur virguncula ludo,*

*Germanaque putans formam spectare puella,*

*Œscula fulgenti dat non referenda metallo.*

Nonnus Διονος. V.

κὶ πότε χαλκὸν ἔχουσα διαυγέα ἰέρπελο κύρη

Κάλλεος ἀνπτύποιο διχασπόλον.

Item XLII.

Ὀύ χροός ἀνπτύποιο διαυγεί μάρτυρι χαλκῷ

Μιμηλῆς ἐγέλασεν ἐς ἄπνοον εἶδος ὀκοπίης,

Κάλλος ἐὸν κείνησσι. —

Complectitur & fluviis & æs Callimachus Hymno V. Hi sunt ejus versus.

Ὀύ δ' εἰς ὀρεῖ χαλκὸν μεγάλα θεός, ἠδὲ Σιμῶντος

Ἐβλεψεν δῖναν ἐς διαφανομέναν.

Ὀύ δ' ἦρῃ. Κύπεις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἐλοῖσσι

Πολλάκι, τὰν αὐτὰν δις μέλεισθε κόμων.

Atque æs quidem vetustissima iis materia stanno per-

permistum, & laudatissima erant Brundusina. Plinius lib. xxxiv. cap. xvi. *Stannum illitum ancis va-  
fis saporem gratiorem facit, & compefcit eruginis vi-  
rus, mirumque, pondus non auget. Specula quoque ex  
eo laudatissima, ut diximus, Brundusii temperaban-  
tur.* Postea argentea facta crescente luxu populi Ro-  
mani. Philostratus in imaginibus ἐρωσ. Κάτοπτρον  
δὲ τὸ ἀργυρῶν, καὶ τὸ ὑπόχρυσον ἐκεῖνο σαρδάλιον, καὶ αἰ-  
περόναι αἱ χρυσαί, τὰντα πάντα ἐκ ἀργῶς ἀνιπτται. λέ-  
γεται δὲ ἀφ' ἐδῆς ἐστίν. Plautus Mostell. Sc. Jampridem  
ecastor.

*Ut speculū tenuisti metuo ne oleant argenti manus,  
Ne usquam argentum te accepisse suspicietur Phi-  
lolaches.*

Et apud Iurifconsultum ff l. *Cum aurum. Tit. De  
auro, argento, mundo,* cujus verba infra adducemus.  
Primus ea fecit Pompeii Magni tempore Praxiteles.  
Plinius auctor lib. xxxi. cap. ix. *Ut omnia de specu-  
lis agantur hoc loco, optima apud majores fuerat Brū-  
dusina, stanno & ere mistis. Prælatæ sunt argenteæ.  
Primus fecit Praxiteles Magni Pompeii ætate.* Sed  
quomodo Pompeii tēpore: ecce Plautus, qui multo  
prior fuit, loco citato meminit. Dicendum ea quæ  
in scenā referuntur facta fingi Athenis, itaque nihil  
ad Romanos pertinere: dubium autem nō est, quin  
Græcis ea multo tempore antè in usu fuerint. Ge-  
nera verò eorundem multiplicia. Alia *Transversa*  
dicebantur, alia *Obliqua*, alia *Rotunda*, alia *Recta*.  
Transversa, Obliqua, & Recta erant plana: Rotun-  
da verò tumida, aut concava. Plinius loco citato,  
*Plurimumque refert, concava sint (specula) & poculi  
modo, an parva. Thracidica, media depressa, an ela-  
ta,*

*ta, transversa an obliqua, supina an recta.* ubi videre  
est cavorum duo fuisse genera, altera profunda val-  
dè, ad poculi instar: altera minus, ad parmæ Thra-  
ciæ. *Supina* præterea vocat, quæ non starent, aut su-  
spensa essent, sed jacerent. Porro de planis globosis  
cavisque etiam Apuleius Apolog. *Quibus, præter  
istâ quæ dixi, etiam ista ratiocinatio necessaria, cur in  
planis quidem speculis fermè pares obtutus & ima-  
gines videantur, in tumidis vero & globosis omnia de-  
fectiora, at contrâ in cavis auctiora.* Planorum me-  
minit Maximianus etiam.

*Fontis aqua reddunt simulacra imitantia verum,  
Qualia leve refert speculi cum cernimus aquor.*  
Lucretius lib. iv.

———— crebròque repulsi  
*Reiecta reddunt speculorum ex aquore visum.*  
Et postea.

*Quare etiam atque etiam minimè mirari par est  
Illis, quæ reddunt speculorum ex aquore visum.*  
Globosa laudat Euphorbus.

*Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,  
Quales purifico speculorum ex orbe reducit.*  
Concava Agathias lib. v. Δίσκον μὲν γὰρ τινα ἐσόπτρον  
δίκλω ἴσκειασμένον, καὶ ἡρέμα ὑποκοιλαινόμενον ταῖς τῷ  
ἡλίῳ ἀκτῖσιν ἀνεπίμπλα τῆς αἰγλης. Plinius lib. ii.  
cap. cvi. *Cum specula quoque concava adversa solis  
radiis, facilius etiam accendantur.* Prudentius *seci-  
seq.* Hymno xi.

*Præfixit tabulâs dives manus aquore levi  
Candentes, recarum quale nitet speculum.*  
Hæc de generibus: restat ut de usu. Ille duplex: nam  
alia ad cedium ornamenta parietis adfixa ostentaban-  
tur,



tur, alia quotidiani usus, ad eaque se ornabant; ut  
 pianus L. *Cum aurum*. D. De auro, argēto, mundo.  
*Nec speculum parieti adfixum vel etiam quod mul-*  
*lier mundi causā habuit: si modo non in argenti nu-*  
*mero habita sunt.* Atque hæc quæ quotidiani usus  
 quâdoque etiam parua erant, ut possent quocumq;  
 iretur circumferri. Apuleius loco citato. *Quod ta-*  
*men crimen est imaginem suam nosse? eamque non*  
*uno loco conditam, sed quoquò velis paruo speculo*  
*promptam gestare?* Elegantissimè omnia breviter  
 complectitur idem Apuleius eadem Apologiâ. *Vi-*  
*dentur ne vobis debere Philosophi hæc omnia vestiga-*  
*re, & inquirere, & cuncta specula vel uda vel suda solè*  
*videre?* Bellissimè herclè uda specula vocat fluvios,  
 suda quæ ex ære argenteove.

## Cap. VII.

*Aville* agnæ. Lana velli olim, non ton-  
 deri solita. *Dubenus*. Τράφιξ. *Trabex*. *Trabica*.  
*Trix*. *Trica*. Margaritæ *Extricate*. ulpianus  
 explicatus, item Plautus & Propertius. Funes  
 olim è fetis. ῥείχις. ῥείξ. Iuvenalis illu-  
 stratus & Propertius. *Gaius*. Galbei unde di-  
 cti. *Ramus*, pro membro vitili. *Velumenta*.  
 Arnobius emaculatus.

**I**N Festo lego veteribus agnas recētis partus *Avil-*  
*las* dictas. Ratio, etsi ibi non addita, in promptu:  
 nam manifestò ita dictæ, quod velli necdū possent.  
 Olim autem non tondere lanam mos, sed vellere.  
 Varro de L. L. *Vellus lana tonsa uniuersa* (ita rectè  
 emendat Scaliger) *ovis: id dictum quod vellebant.*

Item

Item de Re Rust. lib. II. cap. XI. *Animadverti licet*  
*prius lana vulsuram quàm tonsuram inventam.* In  
 eodem Festo.

*Dibenus* apud antiquos dicebatur qui nunc domi-  
 Quod rectum assero contrà viri magni sententiam,  
 legitur enim in Glossis, *Dubius*, Δεσπότις. pro *Du-*  
*binus*. Aliud est *Dubinus* sive *Dubenus*, & *Dubiennus*.  
 Latini autè *Dubenus* dicebant, pro quo postèa Ro-  
 mani *Dominus*, V. in O, B. in M, & E in I mutatis.  
*Trabica*, navis, quod sit trabibus confixa. *Pacuvius*.  
*Labitur trabica in alveos.*

Non aliud *Trabica* est ad verbum quàm *Trabs*, quæ  
 etiam à pœtis ἀπλώς pro navi posita reperitur, ut  
*Trabica* hoc loco à Pacuvio. Vox Græcanica est, Τρά-  
 φιξ, *Trabex* (ut φάλασσα, φρύγες, *Balana*, *Bryges*.) &  
*Trabes*, nam Spro X usurpabant, inde *Trabs*. Dice-  
 bant verò *Trabex*, *Trabica*, ut *Senex*, *Senica*. *Phalāx*,  
*Phalanga*. de quibus ad Plautum. Sic *Trica* quoque  
 (libet id Pompejani hujus loci occasione dicere)  
 Græcanicum est. Τριξ *Trix*. *Trica*. eadem analogiâ.  
 Ergo *Trica* propriè pili, qui quia viles & nullius  
 pretii, inde res ejusmodi isto nomine insignitæ. Por-  
 rò & funes vinculaque, ac translattè omnia impedi-  
 mēta ita appellabantur, (unde *Intricare*, *Extricare*.)  
 Non aliâ notione usurpat Plautus *Persâ*. Sc. ultimâ.

*Quid ais crux, stimulorum tritor, quomodo me ho-*  
*die versavisti?*

*Ut me in tricis coniecisti! quomodo de Persâ ma-*  
*nus mihi adita est?*

Euagrius interpres Athanasii De vitâ Antonii. Ope-  
 rante illo traxit quidam sportella quam texebat. *tri-*  
*cam*, sive *funiculum*. Hinc margaritæ *Extricate*, quæ  
 tricâ,

tricâ, id est funiculo, sive lineâ, necdum erant colligatæ, ut collo circumdari possent. vlpianus L. *Si servus servum. §. Si cum maritus. D.* Ad legem Aquiliâ. *Si cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito vel inscio viro perforasset, ut pertrasis in lineâ uteretur: teneri cum lege Aquiliâ, sive diverterit, sive nupta est adhuc.* Huc pertinet quod Artemidorus in Onirocriticis tradit crinium complicationem interdum vincula præfigere, lib. 2. cap. vi. Ἐνίοτε δὲ (τὸ πλέκεσαι) ὑδρομαὶ καὶ σαφὲς περιαρρεῖται. Causa hæc, quod funes olim è tectis contorquerentur; Arnobius lib. v. *Adest ab insidiis* (ita lego, non ad insidias) *Liber, ex fetis scientissimè complicatis, unum planta injicit laqueum.* Et quidem equinis. Nâ postea ait. *Vellem tam videre, si esset mihi his nasci temporibus datum, patrem illum Liberum debellatorem ferocitatis Acedestia, post deorum angustissimas curvas cæli ab culminibus lapsum, peniculamenta decurtantem cantheriorum, innectentem laqueos prohibus.* Nam ita legendus ille locus, ut in Critico monui. Artemidorus lib. 1. cap. xxi. Ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χαίτη ἰππέια δεσμεύται. Ex iis quoq; nervi arcuum. Hefychius. Ἰππέϊαν, τὴν ἰππων. ἐνίοι δὲ τὴν τόξων νεύρα, τὴν ἐξ ἰππέϊων λειχῶν. Accius.

*Reciproca tendens nervo equino concita*

*Tela.* ———

Flagellorum autem lora è porcinis, inde apud Græcos. ὑσειξ & ὑσειχίς. Lycophronis Scholiast. Ἦσπιλιξ δὲ ὑσειχίς. κλειώς δὲ μάστιξ ἢ ἐκ χοιρίων λειχῶν συμπλεχθέντι. καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶσα μάστιξ. Etymologici auctor. Ἦσειξ ὑσειχος, ἢ ἐκ λῶν λειχῶν τῶν ἰῶν μάστιξ. Et passim apud Grammaticos Græcos. Inde Pro-

percius

percius lucem capit lib. iv. eleg. 1.

*Verbera pellius fetosa movebat arator,*

*Unde licens Fabius sacra Lupercus habet.*

Facta autem ex suillis fetis potissimum lora flagrorum puto, quia asperiores eæ sint, magisque penetrarent duntiam tergi jumentorum. At nautici funes, item tormentorum bellicorum è caprinis: Varro de Re Rust. lib. 1. cap. ultimo. *Ut fructum ovis è lanâ ad vestimentum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vasa.* Sed quæ illa fabrilia vasa? non capio, & valdè fallor nisi locus corruptus: duo priora agnoscit etiâ in Georgicis Virgilius, ubi de pilo caprino.

——— *torquetur & ipse*

*Usus in castrorum, ac miseris velamina nautis.*

Inde intelligendus Iuvenalis Sat. v.

*Qui tegitur parmâ & galeâ metuensq; flagelli*

*Discit ab hirsutâ jaculum torquere capellâ.*

ubi valdè ineptit verus Scholiastes, qui Capellam senem magistrum campiductorem nobis comminiscitur.

*Galbeum, ornamentum genus.*

Ita vocabantur armillæ, quæ militibus ob virtutem donabantur ab Imperatoribus tanquam merces & præmium fortitudinis. Vide *Calbeos*. Possunt itaque dicti videri quasi *Gaiabei*, literis binis extritis, nam Latinis & Tarentinis *Gaius* erat merces. Etymologici auctor. Ἰταλιῶται καὶ Ταγρῆτινοὶ γαίον τὸν μισθὸν λέγουσι.

Pro eo quo viri sunt honestâ catachrési *Ramus* ponitur nonnunquam. Apuleius alibi. *Vox crasse scit, ramus roborascit.* Aufonius Centone.

— *ramum qui vesfe latebat.*

Prudentius contra Symmachum lib. 1. de Priapo.

*Sinum lactis, & hec votorum liba quotannis*

*Accipit, & ruris servat vineta Sabini,*

*Turpiter affixo pudeat quem visere ramo.*

Fortè ex Bacchi fabula, qui ut fidem Polymno datam solveret, ut ait Arnobius lib. v. *ficorum ex arbore ramum validissimum præsecans, dolat, runcinat, levigat, & humani speciem fabricatur in penis.* Sed commodùm, quia in Arnobium incidi, antequam finem capiti imponam, locum ejus illo ipso libro continentatum emaculem. Pag. 165. lin. 12. *Quid corone? quid viole? quid volucra mollium velamenta lanarum?* Volui olim *velamenta* expungere ut interpretamentum & *volucra*, quod nunc non placet, legendum enim centeo, *mollium velumenta lanarum.* Nam *vellera* & *Velumenta* & *Velumina* appellabãt. Varro de Re Rust. lib. 11. cap. xi. *Quam (lanam) demptam ac conglobatam, alii vellera, alii velumina appellant.* Sunt verò *Velumina* idem quo *Vellimina*, sed veteres consonantes non geminabant, & *V* pro *7* usurpabant: itaque non necesse ea verba sollicitare. Arnobius autem *velumenta* ista *volucra* nominat per appositionem, ut vocant Grammatici. Hoc ipsum aliis verbis paulò antè planius dixit. *Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis & circumvolvitis stipitem?*

Cap.

Cap. VII I.

Juvenes & virgines sub Veneris regno. Sacra ei pro amoribus suis faciebant. Virgines icunculas ei & coronas suspendebant. Juvenes Zonas amasiarum. Fortuna *Virginēsis* eadem cum Venere, togæque ei suspensæ. *Mulieribus* cum Iunone. Divites à parasitis *Geniis* dicti.

**A**puđ veteres juvenes virginesque sub Veneris esse imperio arbitrabantur, & si quid mali accidisset, ejus id ipsum iræ imputabant. Mathematici quoque à decimo anno ad xviii. sub Venere esse dicunt. Apud Musæum Leander.

Πείθεια καὶ σὺ φίλη, μὴ Κύπειδι μῆνιν ἐγείρης.

Daphnis apud Theocritum Idyll. xxviii.

Φεῦ φεῦ, τὰς παφίαις χόλον ἄζω ἐγὼ σὺν κώσῳ.

Parthenius ἐρωτ. v. de Leucippo. Οὐτὸ κατὰ μῆνιν ἀφροδίτης εἰς ἐρωτὰ ἀφικόμενον τῆς ἀδελφῆς, τῆος μὲν ἐκαστέρῳ οὐόμενον ῥᾶσα ἀπαλλάξασθαι τῆς νόσου. Callidorus etiam apud Plautum Pseudolo contabescens amore Phœnicii.

— nihil hoc ad Jovis judicium attinet.

Sub Veneris regno vapulo, non sub Iovis!

Sacra itaque ei faciebant ut amore suo porirentur. Clarè apud Aristænetum lib. 1. epist. 1. ὦ πότνια Ἀφροδίτη. τί σοι τῆς Λαίδου ἕνεκα δύσω. Et alibi. Ναὶ πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, ἢ νῦν τέθνηκα μὲν, γινώσκωμαι διὰ πλὴθυσίαν, εἰάν σε πρὸς ἡμᾶς ἢ θεὸς ὀπικλίνῃ. Ideò virgines icunculas ei confectabant. Persius Sat. 11.

*Dicite Pontifices in sancto quid facit aurum?*

*Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine pupa.*  
Eodem modo vestes Fortunæ Virginali, cui apud Capenam portam Serv. Tullius ædem extruxit, teste Plutarcho in Problem. Atnobius lib. 11. *Puellarum togulas Fortunam desertis ad Virginalem.* Sed eadem hæc cum Venere, nam illæ deam istam fortunam suam appellabant, utpote à quâ & bona & infortunia accidere sibi existimabant. Sic fortuna *Muliebris* eadem cum Iunone, in cuius curatelâ matronæ. Parasiti quoq; divites sub quorum clientela essent, Genios suos nominabant. Apud Plautum Capt. Sc. *Quanto in pectore.*

*Ut ego vidi. Hæ. meum gnatum? ER. tuum gnatum, & Genium meum.*

Curcul. Sc. *Date viam.*

*Ecquis est qui mihi commonstret Phadronum Genium meum?*

Menæchm. Sc. *Ni mala.*

— ME *ò mea commoditas, ò mea oportunitas,*  
*Salve. PE. salve. ME. quid agis? PE. teneo دخترâ Genium meum.*

Atque hæc ἐν παρῶδῳ per occasionem. Redco ad Venerem virginum Fortunam. Præterea, cum amoris sui compotes factæ nuptissent, coronas ei suspendebant. Agathias in Epigramm.

Ἡ παρῆ σεφάνης, τῆ παλλάδι πλὴν πολεμῖδα,  
Αἰλίμυδι ζώνῳ ἀνδρὶ καλλιρόνι.

Εὐρετο γὰρ μινσῆς τὸν ἠδελῆ. —

Iuvenes quoque Zonas amasiarum suarum. Theocritus loco citato.

Κο. Φεῖ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέχρισας, ἔς τι δ' ἔλυσας;  
Δα. Τὰ παρῆα πρόψπον ἐγὼ τότε δῶρον ἐπέσσω.

Cap.

Cap. I X.

Gladiis semper accincti veteres. *Μαυλίδες,*  
Athenienses primi morem eum abjiciunt.  
Amatorum mos. *Εἰσωνύλαι. Εἰσωνεῖν.* Nolarū  
ufus ad excubiarum explorationem. Eadem  
in locis munitis asservatæ à certis custodibus.

Veteres cum ædes satis tutas nō habeant gladiis  
semper accincti incedebant. Notat hunc mo-  
rē breviter Didymus ad Odyss. *χ'. Εἰσφρόβην οἱ πα-  
λαοὶ.* Fufius Thucydides lib. 1. *Ξυγροφῆς. Πᾶσι ἡ ἐλ-  
λὰς ἐσφροφῆς διὰ τὰς ἀφροφῆς τε δικήσεις, καὶ ἐκ ἀ-  
σφαλείς παρ' ἀλλήλους ἐφρόβης, καὶ ἐνὸν τὴν διαίταν μεθ'  
ἑπλων ἐποίησαντο, ὡς περὶ οἱ βάρβαροι.* Inde etiam gladii  
*μαυλίδες* dicit, διὰ τὸ ὄμψ ἀνλιζεῖσθαι, quasi ὀμαυλίδες,  
ut notat ejus interpretes vetus. Primi mutarūt Athe-  
nienfes, teste ibidem Thucydide, & Ammiano lib.  
xxiii. *Omnes tamen vel inter epulas festosque dies*  
*gladiis cincti cernuntur. Quem Græcorum veterum*  
*morem abjecisse primos Athenienses Thucydides est*  
*auctor amplissimus.*

Dixi superiori capite de amatoribus: liber & heic  
morem eis usitatum referre. Solebant amafios ama-  
siasve aliquid euntes sequi, eoque solabantur amo-  
rem suum. Servius de Hymenæo ad Æneid. lib. 1.  
*Hymenæus Atheniensis aded pulcher fuit, ut adolescēs*  
*puella putaretur: is cum unam nobilem virginem ipse*  
*mediocriter ortus adamasset, ejusque nuptias despera-*  
*ret, quod unam poterat, sequendo puellam amori sa-*  
*tisficeret.* Quin & in eisdem vestigiis pedes figebat,  
quo magis amorem ostenderent. Aristenetus lib. 1.

F 3

Oi

Οἱ φιλοδαμόνες ἔ' κάλλυς εἰς διδασκάλυ περιόντα πει-  
 ευσκάπην συνωθύντες. καὶ ἦν ὄραν πρὸς τύτους πωληθῆ-  
 σης τῆς ἀρογῆς γενοχωρημένης δὲ λαύεας. καὶ πολὺ γε διὰ  
 τῷτο τὸ λίαν ἐρωπικὸν τοῖς ἴχνεσι ἔ' μερακίυ τὸς ἑαυτῷ  
 ἐφήμεζον πύδας. Hinc nimirum εἰσωνήλαι dicti, ut  
 volunt quidam, παρὰ τὸ ἔπειδ' τοῖς ἐρωμένοις. quæ  
 verba etiam hunc morem indicant: et si rectius sit  
 dicere εἰσωνήλας nuncupatos esse παρὰ τὸ εἰσωνεῖν,  
 quod Laconibus est *Amare*, ut notavi ad Theocriti  
 Idyll. xi i.

In oppidis & castris nolæ erant quibus ad explo-  
 randas excubias præfecti vigilum utebantur. Ulpianus  
 ad Orationem Demosthenis περὶ παρρησιῶν. Τὸν κώδωνα  
 πειράγυσιν νύκταρ οἱ φύλακες, ἀποπρῶ-  
 μνοι εἰ ἐγρηγόρασαν οἱ περὶ τὰς πύλας φυλάττοντες.  
 Harpocration. Δικωδώνητε. Δημοθένης ἐν τῷ περὶ  
 παρρησιῶν, ἀντὶ ἔ' διεπειράσε, καὶ ἐξήτασε, ἡ με-  
 ταφορὰ ἀπὸ τῶν πειροπολέων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς  
 φυλάκας. Hesychius. Οἱ πειροπολέων ἐρχόμενοι κώ-  
 δωνα δίσειον, ἢ ἕτως ἐξεπείραζον τὸν καθεύδοντα. Agri-  
 stophanis Scholiastes ad Nubes. Δημίται' γάρ φη-  
 σιν ὅτι κατὰ τὰς φυλάκας εἰ ἐγρηγόρα κώδωσι διεσή-  
 μαινον. Et ad Aves. Οἱ περίπολοι τὰς φυλάκας πειρο-  
 πῶντες ἐρχόμενοι κώδωνας εἶχον, καὶ διὰ τῶτων ἐλέφον  
 πειράζοντες τὸν καθεύδοντα, καὶ ἵνα οἱ φυλάττοντες ἀν-  
 πιφθέρωνται. Adversabantur hæ nolæ in locis mun-  
 itis certique eis custodes præpositi: solebant enim  
 hostes in id incumbere, ut possent clau auferre, ar-  
 que ita excubiarum explorationem impedirent, vi-  
 gilibusq; ideo securioribus facilius urbium castro-  
 rumve per dolum & stratagema aliquod potiren-  
 tur. Apparet ex Parthenio Erot. vi i. de Hipparino  
 & An-

& Antileonte. Ο' δὲ ἄρα κατερανδόμενος πρὸς ἐταξεν  
 αὐτῷ ὑπὸ πιν' ἐρμυνη χρωρί, ὃ μάλισα ἐφρυεῖτο ὑπὸ ἔ'  
 τῶν ἡρακλεώτων τυράννω, τὸν κώδωνα κατακομίσει, πει-  
 ρόμενος μὴ ἂν ποτε τελέσειν τὸν δὲ τὸν ἄδλον, ἀνπλέων  
 δὲ κρύφα τὸ φρυεῖον ὑπελθῶν, καὶ λοχίους τὸν φύλακα ἔ'  
 κώδων' κατακαίνει. καὶ ἐπειδὴ ἀφίκετο πρὸς τὸ μερά-  
 κιον ὅπι τελέσει τὴν ὑπόχεσιν, ἐν πολλῇ αὐτῷ εὐνοίᾳ ἐγέ-  
 νετο, καὶ ἐκ τῆδε μάλισα ἀλλήλωσ ἐφίλων.

## Cap. x.

Ὡπίς sive Οὔπις Diana. Κῆν' Iunoni à  
 puerperis facta facta, Dianæ vestimenta con-  
 secrata. Θύνη τὴν δεκάτω. Χιτώνη.

**A** Pud Arnobium lib. i i i. depravatam esse Os-  
 sipagine nomen ostēdi voluique restituere *Ops*  
*Oripigena*, sed ut de *Oipigena* benè, ita de *Ope* minus,  
 nam hoc non *Iunonis* cognomentum, ut tum pu-  
 tavi, sed *Dianæ*. Itaque fortè sic legi potest. *Nulla est*  
*Oripigena*, pro, *Nulla Ossipagina*. *Ops* autem pro *Opis*  
 dictum est, ut *Trabes*, *Trabs*. *Plebes*, *Plebs*. *Calix*,  
*Calx*. & talia. Mansit *Opis* apud *Festum*, & *Augustinum*.  
 Pro *Rheâ* autem *Latinum* est, pro *Dianâ* *Grecum*,  
 Ὡπίς, & Ὡπίς *Doricè*. Verus poëta apud *Alex-*  
*xandrum Ætolum* civitate *Macrobio* lib. v. cap. xx i i.

ὑμνήσαι ταχέων ὧπιν βλητήων οἰσῶν.

*Callimachus* Hymno i i i.

Ὡπί ἀνασ' εὐῶπι, φασφόρε, καὶ δέ σε κείνης

Κρηταίεσ καλέουσιν ἐπωνυμίην ὑπὸ νύμφης.

ubi *κείνης* ἀπὸ νύμφης viri docti vertere debuerant,  
 à *Nymphâ dilectâ*, non, *ab illâ Nymphâ*. Dicit enim  
*Callimachus* ita vocare *Cretenses* *Dianam*, quibus

κείνῳ erat aut *Amasius*, ut ex Theone docui in Spicilegio Theocritico ad Idyll. xviii. Hoc extra ordinem. De Diana Opi ita Scholias tes ad verba citata. Οὐπὶς, ἐπιθετον Ἀρτέμιδος. ἢ παρὰ τὸ ἐπιζῆσαι τὰς τικτύσας, ἢ παρὰ τὴν ἐρέϊασαν αὐτῶν Οὐπὶν. ἢ διὰ τὰς Ἰπερβορέους κόσας, Οὐπὶν ἐκαίρηνη, Λοξῶ. ἀς ἐτίμησεν Ἀπόλλων καὶ Ἀρτεμις. καὶ ἀπὸ μιᾶς μὲν Οὐπὶς ἢ Ἀρτεμις. Λοξίας δὲ καὶ ἐκέρσις ἐκ τῶν λοιπῶν ὁ Ἀπόλλων. Quæ totidem verbis Etymologici Auctor. Quod ait, παρὰ τὸ ἐπιζῆσαι τὰς τικτύσας. Ecce apud Augustinum de Civitate Dei lib. iv. cap. xi. *Ipse Lucina, que à parturientibus invocetur. Ipse opem ferat nascentibus, excipiēs eos sinu terre, & vocetur Opis.* Hic enim *Opis* non est Saturni uxor, sed Diana: utramque enim deam parientibus præsto esse credebant, itaque post puerperium Iunoni sacrificabant Dianæ verò vestimenta dicabant. De sacrificio est videre apud Plautum Truculento, Sc. *Puero isti.*

*Eumque gero ornatum, ut gravida quasi puerperio cubem.*

*Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut venerem Lucinam meam.*

*Hic apponite, atque abite ab oculis. ὁ Pithecium*  
*Face ut accumbam, adjunctare sic decet puerperam.*  
*Soleas mihi date, palliū injice in me huc, Archilis.*  
*Ubi est Astaphium? fer huc verbenam mihi, thus,*  
*& bellaria*

*Date aquam manibus.* —

Fiebat id τῇ ἀμοιδεσίᾳ, vocabantque; δύνειν ἢ δεικνύτω. Sed infra de hoc fusius dicitur. De vestimentis autem Dianæ devoveri solitis cognoscimus ex Callimachi interprete Hymno in Iovem. Τικτομέναν τῶν βρεφῶν

βρεφῶν ἀντιθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι. Et ab hac re etiam χιτώνη cognominata fuit. Inscriptio vetus ista hanc inuit. VIRGIN. CHITONE SACRVM.

### Cap. xi.

Θαργήλια. Θάργηλος. Suidas restitutus. Εἰρεσιώνη. Thargelias in binistribubus expensarum suppeditator, urbs duobus viris iustrata.

Sacra erant apud Atheniensis antiquissima Θαργήλια nuncupata Soli & Horis (vel Dianæ, ut alii volunt) instituta, in quibus ramos oleaginos lanâ coronatos, quos εἰρεσιώνας propterea vocabant, omnis generis fructibus ex iis dependentibus, gestabant. eosque deinde statuebant ante fores templi Apollinis, puero patrimo matrimo cante hos tres versus.

Εἰρεσιώνη σύκα φέρει καὶ πίνους ἄρτους,  
καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ καὶ ἐλαιον ἀποψήσασθαι,  
καὶ κύλικ' εὐζωρεν, ὡς ἀν μεθύουσα καθεύδης.

Vide Suidam. Aristophanis Scholias tes Pluto dicit ante ædes suas posuisse, & quotannis renovare consuevisse. Εἰρεσιώνη δὲ δάλλος ἐλαιῶς ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων καὶ δαλλῶ συμπεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρημένον καὶ κοτύλῃ, ἐστὶ δὲ μέτερον ὃ νῦν χαλῶμεν ἡμίεσσον, καὶ σύκα, καὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ ταύτῃ δὲ τὴν εἰρεσιώνῃν πρὸ τῶν δεικνύτων ἐπέθεντο οἱ ἀθλωαῖοι, καὶ κατ' ἔτος ἠλιαστῆται ἐπέθεντο δὲ παρὰ ἀμφιδαλῆς ἀμφ' αὐτῆ ταύτα λέγει.

εἰρεσιώνη σύκα φέρει καὶ πίνους ἄρτους,  
καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἐλαιον ὑποψήσασθαι  
καὶ κύλικ' εὐζωρεν, ὡς ἀν μεθύουσα καθεύδης.

Sed lego secūdo versū non ἀποψήσασθαι, ut est apud

Suidam, vel ὑποφίσησαι, ut hic, verum ἀναφίσησαι: in tertio autem καθεύδη. Quod verò dicit ante ædes posuisse, sciendum id demum festo transacto factitatum. Suidas. μετὰ δὴ τὴν ἑορτὴν πθέσασ παρ' αὐτὰς τὰς δῦρας. Eadem etiam πνανέψια dicebantur, nam κυάμυς veteres Græci πυάνυς appellabant, Theseus enim cum Minotaurum debellaturus Cretam navigaret, & per tempestatem in Delum appulisset, inter cætera Apollini pro salute suâ etiam fabâ elixam novebat. Suidas. λέγεται θυσία καὶ ὄν εἰς κρήτην καί-  
 ἑθ' ἐπ' αὐτῶν ποροχόντα δὴλω διὰ χυμῶνα, ἐξασθαι ἀπόλλωνι κατασέψασθαι κλάδοις (lego κλάδης) ἐλαίας ὅταν πωθῆ τὸν μινώταυρον ἀποκτείνας. καὶ θυσιάσῃ, καὶ τὴν ἱεστηρίαν τάντῳ κατασέψας ἐφίσηαι χύτρας αἰθάλης, καὶ ἔτνος. καὶ θωμὸν ἰδρύσασθαι. διὸ καὶ πνανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, οἶον κυανέψια. (potius κυαμέψια) τὸ γὰρ πρότερον τὸς κυάμυς πυάνυς ἐκάλουν. Olla verò illa, cujus ibi mentionem vides, θάργυλος nominabatur, non minus quam ipsa εἰρεσιώνη. Helychius. τὴν ἱεστηρίαν (intelligit εἰρεσιώνην) ἐκάλουν θάργυλον. Postea. καὶ ὁ θάργυλος χύτρας ἐστὶν ἀνάπλωος σπερμάτων. Et paullo post. θάργυλος, χύτρας ἱερῆ ἐφίσηματος. In Suida excidit hæc dictio. θαργύλια, ἑορτὴ ἀπόλλωνος καὶ ἀρτέμιδος. καὶ μὴν θαργυλιῶν. καὶ ὁ Ἴων σπερμάτων μεσὸς χύτρας ἱερῆ ἐφίσηματος. Manifestò restitui debet. καὶ θάργυλος ὁ τῶν σπερμάτων, &c. In hoc verò festo binæ tribus unum impensarum subministratorem habebāt. Ulpianus ad Orat. πρὸς λεπίνην. Ἐν τοῖς θαργυλίοις δύοιν φυλαῖν εἰς μόνον καθίστατο χορηγός. τοῖς δὲ μεγάλοις διονυσίοις ἀνδραγωγῶν μινός, πλείονον αὐτῶ γενόμενης τῆς δαπάνης, εἰς χορηγός ἐκάσῃς φυλῆς καθίστατο. Lustrabant etiam urbem duobus viris, altero mares, altero fœ-

to fœminas. Harpocration. Δύο ἄνδρας ἀθήνησιν ἐξήγηρον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς θαργυλίοις. ἕνα μὲν ὑπὲρ Ἰῶν ἀνδρῶν. ἕνα δ' ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. Alebantur autè illi publico sumptu, & quotannis, his Festis Thargeliis in mare deturbabantur Neptuno, ut piaculum essent pro populo, dicebant enim ut utrumquemque detrudebant, περίφημα ἡμῶν γενῶ. Testis Suidas. & Aristophanis interpres ad Plutum. Πορὸ & alia Thargelia fuerunt, quæ nimirum à Milesiis celebrari solita. Meminit eorum Parthenius Erot. ix. Τοῖς Μιλησίοις ἑορτὴ μετὰ τρίτην ἡμέραν θαργύλια ἐπῆς, ἐν ἧ πολὺν τε ἀκρατον εἰσφορῶνται, καὶ τὰ πλείω ἀξία καταναλίσκουσι.

## Cap. XII.

Vota & sacra veterum antequam ad bellum aut peregrè irent. ἐξιτήσιοι & ἐφοδίοι ἐυχαὶ. ἐξιτήσια. ἐξαγγέλια. *Armitia. Armites.* Δύοιν τὰ ἐπινίκια. ἐκβαλίθεια.

olim duces qui aliquâ religione tenerentur copias educaturi pro exercitus salute vota nuncupabant, deosque inuocabant, quæ de re videri potest Plutarchus περὶ Δεισιδαιμονίας. Apud Parthenium Erot. ix. Τέλοσθε ὡς ἐδόκει πᾶσι πενιθεῶς, ἐν ἧ ἐπῆλθεν, ἐν ἧ περσιτέτακτο πᾶσι παρσγινῶσαι, πολλὰ κενυθάμεναι τοῖς θεοῖς, δεχωμένον αὐτοὺς τῶν ἀμφὶ Διόγνητον ἐσιπίπτωσιν εἰς τὸ τεῖχος τῶν Μιλησίων. Hæc vota vocabant ἐξιτηρίους sive ἐφοδίους ἐυχάς. Erymologici Auctor. ἐξιτηρίους ἐυχάς, ἐφοδίους, τοῖς πρὸς ἐξοδὸν ἔχουσιν ἢ πρὸς θάνατον. Sacra etiam faciebant, idque dicebant Δύοιν τὰ ἐξιτήσια. Suidas. ἐξιτήσια καὶ ἐξαγγέ-

ἱεραγγέλια κατὰ ῥωμαίους, τὰ ὑπὲρ τῆς ἐξέδου παρεχόμενα. Sed τῶν ἐξιτηρίων nomen latius patet, nam & de votis sacrificii (sive militariibus, & de privatorū hominum aliquid iter capessentium intelligi potest. Postremum Romani (& Suidas hęc magis respexit, nam ait κατὰ ῥωμαίους) Propter viam nominabant, faciebantque Herculi Danco ut ex Festo cognoscimus. Meminit & Macrobius. Quę autem Legati faciebant, ea proprie ἱεραγγέλια. Sed ad milites revertar. Eorū *Armitia* erat, ita dicta quod ad arma irēt. Glossę. *Armitia*, *δυσία* Vel *Armitia*, quasi militaria, nam milites *Armites* nuncupabantur. Eedem Glossę. *Armites*, ὁπλίται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει. *Armites*, παρατάξις ἐνόπλιος. Sed prior etymologia magis placet. Non solum autem ante pugnam sacrificabāt, verūm etiam post, si superiores evasisent, idque vocabant *δύζην τὰ ἐπινίκια*. Polyænus lib. v. Καρχηδονίως νικήσας δύζην ἐπινίκια φ' ἀνδρας τὸς ὑπόπτους ἐπὶ τὴν ἐστὴν ἐκόλεσεν. Heliodorus lib. ix. Οὗτοι μὲν ἐφθιμῶν ληφθέντες, εἰς ἀπαρχτὴν τῶ πολλήμιν σωζέσθωσι κατὰ τὰς ἐπινίκιους δυσίας. Eadem & ἐμβατήρια, quamvis eo nomine appellabatur omnia sacra quę faciebant, qui grave aliquid periculum effugissent, itaque *δύζην τὰ ἐμβατήρια τῆς νόσου* legitur in Sophistis Philostrati.

## Cap. xiii.

Triboniani & Theophili error. Caius explicatus. De quadrupedibus quę pecudū numero habitę. Caprę in pascuis vagabundę. Theophilus fortē restitutus, & Virgilius tentatus.

Tri-

**T**Ribonianus, *T. De lege Aquiliā. §. Quod autē, 1.* quadrupedes pecudum numero habitas interpretatur eas quę proprie gregatim pasci dicerentur, quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, caprę. Verba ejus hęc. *Quod autē non precise de quadrupede, sed eā tantū, quę pecudū numero est, cavetur: eo pertinet, ut neque de feris bestis, neq; de canibus canū esse intelligamus: sed de iis tantum, quę gregatim proprie pasci dicuntur: quales sunt, equi, muli, asini, oves, boves, caprę.* Nec aliter Theophilus. Περί γ' τούτων μόνον διηλέχθη πάντα κυρίως νέμεσθαι, καὶ ἀγέληδόν βοσκέσθαι εἰωθε. ὅποια εἰσὶν ἵπποι, ἡμίονοι, βίτες, πρόβατα, αἴγες. ubi rescribendum puto ad Triboniani & Cuii verba ἡμίονοι, ὄνοι, βίτες. Credibile enim est librariorum compendio studentis vocem ὄνοι omisisse propter duas postremas syllabas præcedentes. Non leviter autem falluntur uterque: nam neque Caius hoc voluit dicere, neque caprę gregatim pascuntur. Attendamus ipsa verba Cuii. *L. Lege Aquiliā. 2. D. Ad legem Aquiliam. Servis exaquat quadrupedes, quę pecudum numero sunt, & gregatim habentur: veluti oves, caprę, boves, equi, muli, asini.* Existimantur gregatim haberi esse idem quod gregatim pasci, cum mens Cuii sit, eas quadrupedes pecudum esse numero quarum greges inter possessiones suas haberent, nam captiarum greges habuisse certissimum est: ideoque recte canes inter pecudes nō censentur, cum tanto numero non sint ut gregem constituere possint. Iam ad capras quod attinet congreges eas pasci. ut oves, boves, reliquęque pecudes, nō est verum: hęc de causā ἀπίλια πλατέ' ἀγῶν dixit poetarum princeps Homerus. Virgilius in Culice.

Propri-



*Propulit è stabulis ad pabula lata capellas  
Pastor, & excelsi montis juga summa petivit,  
Lucida quæ patulos velabant gramina colles,  
Jam silvis dumisque vaga, jam vallibus abduunt  
Corpora: jamque omni celeres à parte vagantes  
Scrupea deserta perrepunt ad cava rupis.*

In quorum vertuum primo non malè legerit quispiam *pabula lata*. quæ erunt ad verbum *αιπόλια πλατέα* Hometi: sed & prior lectio non improba. Varro quoq; lib. 11. cap. 111. disperpere se eas dicit. Finiam elegantissimo, & ad rem præsentem accommodatissimo loco Artemidori *Οἱ ξεσκετικῶν* lib. 11. cap. 111. *Οὐ συναγελάζονται (αἱ αἴγες) ἀλλ' ἀχωεῖς ἀλλήλων νομέμεναι κατὰ κρημνῶν καὶ πετρῶν, αὐταὶ τε πρᾶγματα ἔχουσι, καὶ τῷ ποιμένι παρέχουσιν.* Rectè verò, καὶ τῷ ποιμένι παρέχουσι. Columella lib. vii. cap. vi. *Magister autem pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet, & qui per rupes, per solitudines, per vepres facillè vadat, & non ut alterius generis pastores sequatur, sed plerumque ut antecedit gregem.*

### Cap. XIII.

Zonis virgines suspendere se solitæ. Zonas etiam meretrices gestabant *Μίτρα* quotuplex. *Κίδουε*.

**A**puđ veteres si quando suspendio vitam finire virgines constituerent, quæ generosiore essent animo, Zonis suis ad rem eam abutebantur, honestius id multò ratæ quàm si reitum adhibuissent. Apud Sophoclè de Antigone in Tragœdiâ sui nominis

minis hæc narrantur.

— ἐν δὲ λοιδίῳ τυμβεύματι  
τὴν μὲν κρεμασθὴν ἀνχένῃ κατείδομεν  
βέσχη μιτρώδει σινδόνῃ καθημένην.

Parthenius de Biblide Erot. xi. Τὴν δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ πάδου μὴ ἀνιεμένην, πρὸς δὲ δοκῶσαν αἰπίαν γερονεῖναι χῶνῃ τῆς ἀπαιλαγῆς, ἀναλαμένην ὑπὸ πνέουτος δρυὸς τῆς μίτρας ἐνδεῖναι τὸν τράχηλον. Horatius ad Galateam lib. 111. Od. xxvii.

*Quid mori cessas? potes hæc ab orno  
Pendulum Zonâ benè te sequuntâ*

*Ledere collum.*

Polyænus lib. viii. de Epicharide meretrice. Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἢ ἑπίχαις ἐκομιζέτο μὲν φορεῖα. ἢ δὲ λαζαμένη τὴν ζώνην, ἀπεβρόχιζεν ἑαυτὴν ἐν αὐτῷ φορεῖα. ubi obiter & hoc observare est, meretrices etiâ virginalis pudicitia indicè Zonâ gestasse, perinde ac si virgines forèt, quod ipsum etiâ cognoscere licet ex Theodor. *δεξπδτ. 3.* & Juvenale Sat. 3. ubi inquit.

*Ite quibus grata est pida lupæ Barbara mitra.*

Iam *Μίτρα*, quoniam in hanc vocem incidi, apud veteres triplex. Erat enim & virginalis, & militaris, & capitis redimiculum de virginali notum est, alioquin possint multa loca poetarum adduci. de militari Hesychius *Μίτρα ἢ χαλκῆ λεπίς, διάδημα, ζώνη, δώραξ, ταυία.* Homeri Schol. Iliad. iv. *Μίτρα χαλκῆ λεπίς, ἣν ζώννυται περὶ τὸν κενεῶνα χάειν πλεῖον ἀσφαλείας.* Vide etiam Etymologicographum, & Suidam. Parthenius Erot. ix. Τῇ δὲ δπύσῃ οἱ Νάξιοι πολὺν πόδον εἶχον τίσασαι τὴν κόρην, καὶ οἱ μὲν πσιν αὐτὴν μίτρας ἀνέδαν, οἱ δὲ ζώνας, αἷς βαρηθεῖσαι ἢ παῖς διὰ πλῆθῶ τῶν ἐπὶρριπυμένων ἀπεπνίγη. Virgilius Æneid.

*Aneid.* ix. Iam pro fasciâ, quâ caput redimiri solebat, acceptam mitram dicimus ex Hesychio, qui ita ait. *Αναδέσμη, μίτρα ἀνάδημα, ὅι δὲ εἶδ' ὁ κλισμου ἐπὶ κεφαλῆς.* Item ex Suida. *Αναδέσμη, ὁμοίον π. διαδήματι, ἢ μίτρα κεφαλῆς.* Palaphatus. *Καὶ τὴν κλῆρον ἀνάδεντο μίτρας.* Callimachus Hymno eis Δῆλον.

ὅτι πὸ μίτραν

*Ἰξετι ἔκ ἀέκασα Μακεδόνι κοιρανέειδ' ἀμοφτέρη μεσόβεια.*

Sophocles quoque Oedip. Tyranno Bacchum *χρυσμίτραν* vocat, τὸν χρυσὴν περικεφαλαίαν ἔχοντα, ut interpretatur rectè Demetrius. Propertius lib. iv. eleg. 11.

*Cinge caput mitrâ: speciem furabor Iacchi.*

Nec tantum virorum erat, sed & mulierum. Etymologici auctor. *Μίτρα λέγεται ὁ γυναικεί' τῆς κεφαλῆς ἀνάδες μ.* Ovidius Metamorph. lib. xiv.

*Ille etiam plecta redimitus tempora mitrâ,  
Innitens baculo positus per tempora canis,  
Assimulavit anum.*

Virgilius in Copâ.

*Copa Syrisca caput Graiâ redimita mitellâ.*

Ad quem locum plura Scaliger. Non magis tamen propria anuum, quam Zona virginû. Isidorus Orig. lib. xix. cap. xxxi. notat pileum Phrygium proprie fuisse, atque è lanâ. Beda lib. 11. Expolit. in Efram, cap. xiv. putat eandem cum cidari esse. *Ponite cidarim mundam super caput ejus, qua mitra à plerisque dicitur.* Origenes tamen ad leviticis cap. viii. diciturè distinguit. *Propterea accipit primò cidarim, quod est vel operimentum quoddam capitis, vel ornamentum, & post hoc superimponitur ei mitra.* Rectè: nam etſi

etſi κίθαις etiam est redimiculum capitis, non propterea cū mitrâ eadē esse dicenda est. Suidas. *Κίθαις περίθεμα κεφαλῆς. ἢ ἐκ τῆς τευχὸς ὕφασμα. ἔτοι εἶδ' ὁ χαμηλαυχί, ὃ καὶ πέρα νοεῖται. τινὲς δὲ κίθαιεν λέγουσι περιχράνιον πάλινον, ἢ ζέφανον, ἢ φακιολόιον, ἢ πάλιν βασιλικὸν περσῶν, ἢ τὸ σράφιον ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσι.*

### Cap. xv.

Conjuges, amici, & amafii uno sepulcro claudi soliti: item gemelli. Amicis fodere sepulcra signum amoris habitum.

**M**Os veteribus conjuges, amicos, & amafios, fide & amore erga se mutuo qui insigni fuissent, post mortem uno sepulcro claudere. Apuleius Miles. viii. *Tunc propter familiares misera Charites accuratissime corpus ablutum, unitâ sepulturâ ibidem marito perpetuam conjugem dedere.* Val. Maximus lib. iv. cap. vi. de M. Plautio, qui uxore Orestillâ funerata in gladium incubuit. *Quem amici, sicut erat, togatum & calceatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde subjectis facibus, utriusque unâ cremârunt. Quorum ibi fœctum sepulcrum Tarenti etiamnū conspicitur, quod vocatur ΤΩΝ ΦΙΛΟΤΥΝΤΩΝ.* Iason apud Valerium Flaccum lib. v.

*Quod tamen externis unum solamen in oris  
Restat, ait, caras humus hæc non dividet umbras,  
Ossaque nec tumulo, nec sepere conteget urnâ,  
Sed simul, ut junctis venistis in aquora fatis.*

Sic Paris & Oenone idem sepulcrum habuerunt. Strabo lib. xiiii. *Τάφον τε γὰρ Ἀλεξάνδρου δεικνυδαὶ φησὶν ἀπὸ Σι, καὶ Οἰνώνης ὡς ἰσορῶσι γυναῖκα γερνέουσαι*

Ἀλεξάνδρου, πρὶν Ἐλένῳ ἀρπάζουσι. Et gemellis hoc factum simul mortuis. Agathias in Epigramm.

Εἷς δ' ἄδελφός ᾧ δ' ἐπέχει τάφος. ἐν γὰρ ἐπέσορον

Ἦμαρ καὶ θνητὸς οἱ δύο, καὶ θανάτου.

Referam alterum morem hoc loco, nec incommode. Solebāt etiam amici & sāguine proximi mortuis sepulcra fodere, quod amoris ac benevolentiae certissimū symbolum existimabant. Antigone apud Sophoclem.

ἐγὼ δὲ δὴ τάφον

χόσσοσ' ἄδελφῶ φίλτατόν πορεύσομαι.

Apuleius Florid. i. 1. *Eum quoque (Pherecyden) Pythagoras magistrum coluit, & infandi morbi putredine in serpentium scabiem solutum religiose humavit.* Symphosius interpretes Historiæ Apollonii Tyrii. *Tarsia verò corpus nutricis suæ sepelivit, atque die annuo iugebat.* Apud Virgilium quoque *Æneid. lib. ix.* Nisus ita Euryalum adfatur.

*Te superesse velim, tua vitâ dignior atas;*

*Sit qui me raptum pugna pretioque redemptum*

*Mandet humo solitâ: (si qua id fortuna negabit)*

*Absenti ferat inferias, decoretq; sepulcro.*

Achilles idem officii perhibet Trambelo apud Parthenium Erot. x xv i. Ἀγάμενσος δὲ τῆς ἀλκίης αὐτὸν Ἀχιλλεύς, ἐπ' ἐμπνευ ἀνέκρινεν ὅς τις τὸ ἄσπετον, ἐπεὶ δὲ ἐγνώσασα Ἰθάκων ὄντα, πολλὰ κελιδυρόμενος ἐπὶ τῆς ἡϊόνος μέγα χῶμα ἐχρῆσε. Hoc etiam à crudeli suo amasio petit infelix amator apud Theocritum *Δυσέρωπ.*

Ἀλλὰ τὸ παῖδι τῷτο, πανύσταλον ἀδύπρεξον,

χῶμα δὲ μοι κοίλανον, ὃ μιν κρύψει τὸ ἐρώτα.

Cap.

## Cap. xvi.

Nomina puellarum monilibus intexti solita. Prudentius illustratus. *Agulum.* Crustæ ollarum. Ligna alia electa ad ustionē in coquinis, alia ad sacrificia. *Cremia. Cocula. Milus. Mollestra. Amplocti.*

Insignis certè locus Prudentii Hymno iv. *πρὸς εὐφάνων*, quem non temerè neglexerim, obscurus enim maximè est, si quis alius in toto eo Opere. Sic canit.

*Tu tribus gemmis diadema pulcrum*

*Offeres Christo genitrix piorum*

*Tarraco: intexit cui Fructuosius*

*Sutile vinclum.*

*Nomen hoc gemma strophio illigatum est.*

Multos sanè hæc puto non intelligere. Alludit autè ad morem eo ævo usitatum, virgines namque nomina sua monilibus intexta gestabant. Disco ex Aristæneto lib. i. epist. i. *Περίκειται μέντοι λιδοκόλλητον πτειδέρριον, ἐν ᾧ τὸννομα γέγραπται τῆς καλῆς. γραμματα δὲ ὅτι τῶν λιθιδίων ἢ δέσις.* Divertar iterum ad Festum: in eo legitur.

*Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur.*

Putat vir magnus detortum ex ἀγέλαον, prius dictum fuisse *Agelum*. Pace ejus liceat dissentire. mihi videtur non quærenda etymologia in Græciâ, cū in Latio habeatur: nam ut à *Iungo, Iungulum. Cingo, Cingulum*, & talia; ita *Agulum* live *Agolum* (nam Opro V veteres extulisse notum est) ab *Ago*.

*Catax, claudus.*

Idem à Κατὰξ Græco dictū vult, nec improbo: pos-  
sit tamen ἀεχαικὸν videri pro Cadax. Nos quoque in  
nostro idiomate Cadere pro claudicare usurpamus.  
Nolo tamen temerè quicquam pronuntiare. Arbi-  
trium eligendi penes Lectorem esto.

*Ignia, vitia vasorum fictilium.*

Ita vocabant cum ollæ vehementiâ ignis dissilui-  
sent, inutileque factę essent: aut crustæ intrinsecus  
eas occupassent Plinius lib. xx. cap. ix. *Virium bras-  
sica unum & magnum argumentum edemus, & mira-  
bile. Crustæ si occupet intus vasa omnia in quibus aqua  
ferrent, in tantum ut non sit cas avellere, si brassica in  
eis decoquatur, abscedunt.* Itaque ut præcaverent,  
electa ustioni ligna tenuia leniaque, quæ Cremia &  
Cocula nominabantur. Vitia hæc ollarum, & cau-  
tam lignorum electionem tangit Arnobius lib. iv.  
*Per humani generis coquinas currit, inspiciens & ex-  
plorans quibusnam lignorum generibus suis ardor ex-  
citetur in focalis: habitudinem fictilibus cōtribuit va-  
sculis, ne flammarum dissiliant vi victa.* Ad ligno-  
rum electionem porro pertinent ista Columellæ.  
lib. xii. cap. xix. *Lenique primum igne ac tenuibus  
admodum lignis.* Plinius lib. xxxvi. *Lenibus autem  
aridisque lignis coquitur.* Atque Ignis lenis vocaba-  
tur, qui ex tenuibus istis lignis structus. Cato cap.  
xcv. *In vas abenum indito cogios duos, postea igni le-  
ni coquito.* Cap. cxiii. *Sumito testam picatam, eo pru-  
nam leuem indito.* Item in verbis Columellæ cita-  
tis. Hæc de lignis coculis & coquinalibus. In sacri-  
ficiis adhibebant solida & grandia. Tibullus in am-  
burvali suo sacrificio, lib. i. eleg. 1.

*Tunc nitidus plenis confisus rusticus arcis.*

Inge-

*Ingerat ardenti grandia ligna foco.*

Redeo ad Festum.

*Millus collare canum venaticorum, factum ex  
corio, confixumque clavis ferreis eminentibus ad-  
versus impetum luporum.*

Apud Varronem lib. ii. cap. ix. *Melium* est, quod  
Scaliger esse verius putat, cum μελωσὶ sit pellis ovil-  
la, & ab illo omne scorteum vocatum sit melinum.  
Sed idem est, nam dicebant *Melium, Mellum*,  
ut *Stiria, Stilla*, & talia. Deinde *E* in *I* mutato *Mil-  
lum* & *Millus*, ut *Collum, Collus*.

*Mollestras dicebant, pelles oviles, quibus galeas  
extergebant.*

*Mollestra* omninò aliud non est quam Græcorū  
μολωσά. Veteres, qui literas nō geminabant, rectius  
uñō *L* efferebant, & *Melota* dicebant, postea *Me-  
lotra*, ut *Balista, Balistra. Lancus, Lanerus. Blucus,  
Bliterus.* Sabino *Melostra*, *S* inserto, ut in *Casme-  
na Cesna*. Deinde *Mollestra*: primum *E* in *O* muta-  
tur, ut *Amploti* pro *Ampleti*, teste Prisciano lib. i.  
*Vertere*, pro *Vertere*. In mediâ verò syllabâ vice ver-  
sâ *E* pro *O* ponitur, ut in *Apello, Hemo, Helus*. Ergo  
*Mollestra* non tantum ex pelles quibus galeas ex-  
tergebant, sed quævis ovillæ.

*Muginari, est nugari, & quasi tardè conari.*

*Muginari* pro *Nuginari*, ut *Natave, Natinare. Ne-  
gare, Neginare.* *N* mutabant in *M* veteres: ita *Me-  
lus* & *Melo* pro *Nilus* dicebant, & præterea more  
suo in *E* converso. In Carmine quoque *Marciano*  
*Negumare* pro *Neginare*. Idem hic auctor. *Negu-  
mate in Carmine Cn. Marcii vatis significat negatē.*  
Itaque non debet mutari.

## Cap. xvii.

*Præcinere.* Tibulli venus lectio adferta. Magi inter medicos habiti. Ter lustrare mos. Atoms. Virgilius correctus.

Tibulli elegans locus est lib. i. eleg. v.

*Ille ego, quum tristi morbo defessa jaceres,*

*Te dicor votis eripuisse meis.*

*Ἰψέγ, ter circum lustr. xvi. sulfure puro,*

*Carmine cum magico præcinisset anis.*

Reponit vir maximus ultimo versu, *procubuisse* anus: verum ego non temere hanc lectionem rejiciendam arbitror, utpote quæ genuina Tibulli sit. Sciedum autem est veteribus *Præcinere* dictos, qui egrotantibus remedia darēt. Macrobius ad Somn. Scip. lib. ii. cap. iii. *Corporum quoque morbis (Musica) medetur: nam hinc est, quod ægris remedia præstantes* PRÆCINERE dicuntur. Eoque rectius Poëta heic usurpavit, cū de incantatrice agat, quæ carminibus magicis morbum pellere nitebatur. Olim enim & magos magasque vicem medicorum accedebant. Simætha apud Theocritum Idyll. 2.

— ἀλλὰ μέ τις κεπυρά νόσος ἐξ ἀλάπαξ.

κείμην δ' ἐν κλιθῆσι δέκ' ἄματα, ἔδ' ἐκα νύκτας.

κ' μὲν χροῖς μὲν ὅμοι' ἐγένετο πολλάκι δάφφ.

ἔρρεν δ' ἐκ κεφαλῆς πᾶσι τριχέσ' αὐτὰ ἢ λοιπὰ

ὅσ' ἐτ' ἦς καὶ δέσμα. καὶ ἐς πῖν' ἔκ ἐπέρησαι;

ἢ ποίαις ἔλυπον γυαίαις ὄμοι, ἄπ' ἐπ' ἄδεν;

ἄλλ' ἦς ἔδ' ἐν ἐλαφρόν. ὃ ἢ χρόν' ἀνύλο φεύγον.

Plinius lib. xxx. cap. i. *Natam primum (Magiam) è Medicinā nemo dubitat, ac specie salutari irrepis-*  
*se velut*

*se velut altiore[m] sanctiore[m]que, quam Medicinam: ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat genus humanum.* Mox sub finem capitis. Gallias utique possedit, & quidem ad nostram memoriam. Namque Tiberii Cæsaris principatus sustulit Druidas eorum, & hoc genus vatum medicorumque. Redeo ad Tibullum. Vult præterea tertio versu legendū sententiā suadente. *Ipseque te circum, sed male: nam Te ἀπὸ κοινῶ ex præcedenti reperi debet.* Deinde dixit id ex antiquo ritu, nam ter lustrare solebant. Virgilius.

*Idem ter socios pura circumtulit unda,*

*Spargens rore levi. —*

Propertius lib. iv. eleg. viii.

*Terque meum tetigit sulphuris igne caput.*

Ovidius Metamorph. lib. vii.

*Terque senem flammā, ter aquā, ter sulfure lustrat.*

Hæc pro loco isto Tibulliano dicta sufficiunt ad pristinae lectionis assertionem. Ad Virgiliti Culicæ abeo, in quo duo versus hi leguntur.

*Ipsa magis namque fida potens feritatis, & ipsa*

*Acta facies atrix cupidus præbebat alumnis.*

Ex veteribus excusis ita reposuit Scaliger. Ego legerim, *Ata facis.* Nam *Ate* erat collis in quo sita Troia Apollodorus βιβλιοθήκης lib. iii. Γλ' α' εἰς φρυγίαν ἀφικόμεν', καὶ καταλαβὼν ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτόθι τεθέμενον ἀγῶνα, νικᾷ πᾶλλον. καὶ λαβὼν ἄθλον πεντήκοντα κέρως, καὶ κόρας παρ' ἰσας, δόντ' αὐτῷ τῷ βασιλέως κατὰ χρησιμὸν καὶ βῶν ποικίλην. καὶ φέσσαντ' ἐν ᾧ περ' ἀν κλιθῆ αὐτῇ τόπων, πόλιν κτίζειν, εἶπετο τῇ βοῇ. ἢ δὲ ἀφικόμενη ἐπὶ τὸν λεγόμενον τῆς φρυγίας

Ἄπης λόφον, κλίεται. ἔνθα πῶλιν κτίσας Ἰλῶ, ταύτην  
μὲν Ἰλιον ἐμάλεσε. Lycophron.

Ἄπης ἀπ' ἀφρων βυπλανοκτίσων λόφων

Τοιῶν δ' ἀπ' ἀρχῆς ἦρχ' Ἀλέξανδρα λόγων.

Ad quem locum vide quæ notamus, si tanti est.

## IOANNIS MEVRSI

## ANIMADVERSIONVM

## MISCELLARVM

## LIBER III.

## Cap. I.

*Cerus.* Ianus *Cerus manus* in Saliari carmine dictus. Saliarium carminum duo genera, Festus emendatus. Ianus *Genius*. *Cerus majus*. Ianus Geniorum prætes. *Proceres* unde dicti,

**F**estus exponens quænam mater Matuta sit, dicit in carmine Saliari appellari Cerū manum creatorem bonum. Vir magnus hæret, & modò *Cerum* ex Festi interpretatione creatorem designare credit, modò *Sanctum*, atque inde dictam *Cerimoniam*. Sed profectò *Cerus* non alius est quàm *Genius*; ut enim *Canmen*, *Carmen*, *Genimen*, *Germen*, ita & *Genius*, *Gerus*, & *C* pro *G* posito, *Cerus*. Non autem potest à *Cereo* antiquo verbo derivari, nam secundum analogiam tum esset *Cerius*, ut à *Doleo Dolius*, unde *Dolium* cor Plauto, ut restituendum

dum monui. Ergo *Cerus manus* vetustissimâ linguâ ad verbum est *Genius bonus*, à veteribus enim bonum & malum esse *Genium* existimatum est, quod notum. Iam si de Iano accipimus, ut Scaligeri placeat, poterit ita appellatus credi in carmine Ianuæ: siquidem Saliarium carminū duo genera, hæc in homines composita, illa in deos: In Deos quæ erant, ea ab ipsorum nominibus vocabantur: ut à Saturno *Saturnium*, quod Varro bis citat lib. vi. à Minervâ *Minervium*, à Iano *Janualium*, & porro à cæteris cætera. At quæ in homines erant, ea *Axamenta* dicta. Festus. *Axamenta dicebantur carmina Saliaria, quæ à Saliis sacerdotibus componebantur in universos homines: nam in deos singulos versus facti, à nominibus eorum appellabantur, ut Janualis, Minervii, Minervii.* Aliæ editiones habent, *Janulii, Junonii*: sed extrâ controversiam *Janualis* legendum est: quomodo mensis ejusdem Dei honori dicatus *Janualis*. utrumque efferebant & per *L*, & per *R*. Sicut *Praliaris, Pralialis, Latiaris, Latialis*, & talia, ut autem Ianū Cerum manum indigitari credamus, faciunt Messalæ auguris verba hæc apud Macrobiū Sat. lib. i. cap. ix. quibus de eo; ita ait. *Qui cuncta fingit eademque regit, aqua terraque vim naturam gravem atque pronam in profundum dilabentem, ignis atque anima levem immensum in sublimi fugientem copulavit circumdato cælo: quæ vis cæli maxima duas vis dispares colligavit.* Iuvatq; hoc cōjecturam nostram non leviter, quod Ianus etiam *Genius* cognominatus fuit à vetustissimis, ob illam ipsam videlicet causam in superioribus Messalæ verbis memoratam. Tradidit hoc Cato in aureis istis

Originū libris, ut est cognoscere ex Excerptis à Ioāne Annio Viterbiensi editis, in quibus hæc invenio. *Post Tiberina ostia Pheregena, primum Hetruria oppidum in vicino littore, dictum à Genio fano, qui primus ibi colonias posuit.* Nec est quod quisquam existimet Ianum ibi Genium vocari propter tutelam regionis (ut solebant unicuique regioni suum Genium attribuere) cum dii illi tutelares ἀναύτως colerentur, nec certi essent. Venit præterea in mentem (etsi temerè pronuntiare quidquam nolim) corrupta fortasse jam tum Festi Pompeii ævo carmina fuisse Saliorum, (ut facile potuit tam longo temporis intervallo) ipsosque scripsisse potius, *Ceres majus*, id est *Genius magnus*, (nam *Mainus* veteribus magnus, ut ad Plauti Truculentum ostendi) ad differentiam reliquorum Geniorum, qui tantum hominibus præerant, cum ipse toti mundo à se creato præesset. Erit ergo Ianus summus Geniorū, ut Larum Mars, Manium Pluto, Iupiter deorum. Nam quod Macrobius tradit eum in iisdem carminibus appellari deorum deum, nihil nobis id repugnat: hoc enim significare voluerunt, eum antiquissimum & primum deorum esse, non summum, unde & *Pater* cognominatus, quod cum *Genii* nomine valdè congruit, & συνάνυμων est. Ergo qui in Pontificum Indigitamentis *Janus Pater*, idem *Cervus manus* in Carminibus Saliorum. ut autem finis, hoc etiam monendum, remansisse priscae huius vocis vestigium in *Proceres*: namque illo nomine appellabant optimates & opulentiores, quod tanquam ceri sive genii existerent infimatibus pauperioribusque, qui solebant illos Genios suos nominare,

minare, ut ex aliquot Plauti locis supra abundè docui.

## Cap. I I.

Vlpiani ineptia explosa. *Merites. Metelli. Pestestas. Thiasitas. Petilum. Petilii. Cinguli. Aruncus. Spirilium. Sisso. Subvlo. Catulli Sufenus quis. Taminium. Taminum. Tapulia lex. Tapulum. Castipulum.* Menæ antiquissimæ quadratæ. Θῶκος. Festus semel iterumque emendatus.

Festus illæ reliquæ quantum me capiant, vix dixero: & utinam. sed reprimo, ἀνεμῶλιον enim esset. Eę ipsę tamē, quales tandem sunt, priscae doctrinæ mihi thesauri, legitur:

*Militem Aelius a mollitiā καὶ ἀντιφρασιν dictum putat, eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat.*

Sed hæc etymologia valdè inepta; melius Eutropius lib. i. Hist. Rom. de Romulo loquens. *Mille pugnatores delegit, quos à numero milites appellavit.* Ergo *Milites* quasi *Millites*, χιλιοι; & *Militia*, pro *Militia* propriè χιλιασὺς, nam veteres consonantes non geminabant. Hæc quoque inter alias multò ineptissimas sententiā ferè est Vlpiani, *L. Militibus liberam, §. D. De Mil. Testam. Miles autem appellatur, vel à malitiā, id est duritiā, quam pro nobis sustinet: aut à multitudine, aut à malo, quod arceere milites solent: aut à Græco verbo χιλιοι, unde χιλιασὺς tractum est. Nam ita Græci τὰ χίλια, & mille hominum numerum appellant, quasi millesimum quæ*

que dicas. Sed, ô bone vlpiane, itanè *Miles* millimus quisque? quod ergo nomèn reliquis illis 999. dabis? At tædet me harum ineptiarum: *Milites* autem primitus *Merites* nuncupati, à merendo, postèa *Melites*, & *Milites*. Nam *E* & *I.* item *L* & *R.* inter se commutabant. Inde etiam conciso nomine *Metelli*, tanquam *Meritelli*.

*Pestestas* inter alia que inter preces (ita rectè emendavit magnus Scaliger) dicunt, cum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex cæteris possit, cum dicitur. *Avertis morbū, mortem, labem, nebulam, impetiginem.*

Puto *Pestestas* legendum: sic *Tempestas* il ipsi veteres pro *Tempus* dicebant. Efferebant etiam *Pestitas*, ut *Thiasitas* pro *Thiasus*.

*Petilam suram, siccam & substrictam* vulgò interpretantur. *Scævola* aut *ungulam*.

*Nonius*. *Petillum, tenue, & exile*. *Plautus* *Plocionā. Coloratam frontem habet, petilis labris*. *Lucilius*. *Insignis varis cruribus & petilis*. Non sollicitandus iste versus, cum in *petillum* media brevis sit. Ergo *Petila* suræ rectè sicce & substrictæ, id est tenues, & exiles. Est autem *Petillum* nihil aliud quam folium, detortum ex Græco πέταλον, ut à Τρυτάνη, *Trutina*, Βυκάυν, *Buccina*. Μηχανή, *Machina*, & talia. Quia autem folia tenuia sunt & exilia, inde translata omnia eiusmodi *Petila* vocabant. Inde etiam *Petilii* dicti, quod corpore essent gracili; quod genus homines etiam *Cingulos* nominatitas invenimus.

*Spirillū* vocari ait *Opilius Aurelius* capræ barbæ. Etiam *Aruncus* appellabatur. *Plinius* lib. vi. i. cap. 30. ubi de capris. *Dependet omnium mentis villus, quem*

quem aruncum vocant. Nemo porro nescit spiras dictas funes nauticos (quamvis propriè convolutos tantum) omnes abusivè. Hinc *Spirillum* (sic enim legendum arbitror, non *Spirillum*) quod spiræ nimirum inde fierent: suprâ enim docui eos factitos fuisse ex pilis caprinis, qui in barba longissimi, idèoque ei utui aptissimi.

*Subvlo Tuscè tibicen* dicitur.

Depravatum videtur ex *Subslo*. *Subslo*nes, ut *Ciniflo*nes. *Tusci* ita vocabant tibicines, ut *Romani Flato*res, nam illi propriè *Flare* dicebatur. *Arnobius* lib. 11. *Quid pantomimos, quid mimulos, histriones, cantores, tubâ, tibiâ, calamoque flatantes?* Dixerunt autem postèa *Subvlo* ut *Servus* pro *Serfus*. *Ovum* pro *Ofum*. & alia ad eam faciem.

*Sufes* dictus *Pænorum* magistratus, ut *Oscorum* *Media* *stutichus*.

Hinc *Sufenus* *Catulli*, quasi eo genere prognatus. Talis ergo ille *Veronenis* poëtæ *Sufenus* qualis *Juvenalis Ponticus*, qui stemma & majores suos iactabat, ipse nil nisi *Cecropides*, truncoque similimus *Hermæ*.

*Taminia* uva silvestris generis videtur *Verrio* dicta, quod tam mira sit quam *minium*.

Errat manifestò in etymo *Verrius*. Veteres *Taminia* vocabant omnia maculata & scedata, nam *Taminum* sive *tamina* (utroque modo efferebant, ut *Mèda*, *Mendum*, & talia) erat macula, & labes. unde *Taminare*, & composita *Attaminare*, *Contaminare*, *Intaminare*. Ergo *Taminia* uva est quasi maculis variegata, quæ *Heluola*, *Variana*, & *Variola* nuncupata, ut ex *Plinio* *Macrobiò*que est cognoscere.

*Tapul-*



*Tapullam legem convivalem ficto nomine conscripfit jocosò carmine Valerius Valentinus, cujus meminit Lucilius hoc modo. Tapullam rident legem concera opimi.*

Legendum est *Tapuliam*, id ad verbum est, *Mensalem*: nam veteribus *Tapulum* erat mensa, unde còpositum *Castipulum*, ut à *Stabulum*, *Naustribulum*, *Vestibulum*. Postèa hoc in *Cartibulum* detortum est, ut suprà ostendi: erratque, ut non semel, Varro, qui quasi *Gertibulum* a gerèdo dictum arbitratur, cum potius tanquam *Cascum tapulum* sit, quippe quod genus mensæ antiquissimū esset. Firmat conjecturam meam, quia forma quadrata. *Castipulum*, mensa quadrata. Varro. *Mensa vinaria*, *rotunda nominabatur Cilibantum*, ut etiamnum in *castris*. Id videtur *declinatum à Græco*, ἀπο τῆς κύλιαν. *Altera vinaria menoa erat lapidea, quadrata, oblonga, unà columellâ*, vocabatur *Cartibulum*. Et tales omninò vetustissimorum mensæ. Etymologici Auctor. Ἀὶ τῶν παλαιῶν ἱεράπεζαι πετραῖνοι ἦσαν. Ad *Tapulū* quod attinet, servavimus nos antiquè istius dictionis vestigium in nostro idomate, qui per digamma æolicum pronuntiamus *Casel*. *V* in super in *E* mutato, ut pro *Tempulum*, sive *Templum*, *Tempel*. *Simplum*. *Simplum*, *Simpel*. *Periculum*, *Perijctel*. *Speculum*, *Spiegel*. & pluria talia.

*Throcum* genus *selle*, habetur apud *Plautum*. Scribo, *Thocum*. Græcum est θῶκ. Suidas. θῶκ. δέν. καὶ δένδρα. Theocritus Idyll. á.

Δεῦρ' ὑπὸ τῶν πλελιῶν ἐσδάμεδα, τῶτ' ἐπιήπω  
καὶ τῶν κρανιάδων καὶ τενάντιον, ἀπερ' ὁ θῶκ.  
Τῆνος ὁ ποιμενικός. ———

*Tolerare*

*Tolerare*, patienter ferre. Attius in *Neoptolemo*.

*Haut quisquam potis est tolerare acritudinem.*

*Tolerare* pro *Tulerare*, à *Tulere*, quod veteres pro *Ferre* usurpabant: ad eandem faciem *Blatere*, *Blaterare*. *Lambere*. *Lamberare*. *Fulgere*. *Fulgerare*. Ad dam corollarium de *simpulvio*. Dixi id in *Curis* *Plautinis* pag. 160. appellatū tanquam *Symbuvium*, quam meam conjecturā non leviter stabilit *Arnobius* Ms. in quo *simbubia* legitur lib. v. nō *sympivia*.

### Cap. III.

*Exercio. Fibo. Fixula. Fesnum. Fasnum. Edor.*  
*Pompeius restitutus, item Propertius.*

**I**Terum mihi *Festus* in manu, & potiozem hujus capitis partem implebit.

*Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati.*

*Ira* legit magnus *Turnebus* lib. 111. cap. v. Sed male, ideòque peccarunt, qui temerè in ipsum textum receperunt, tanquam rectè emendatum esset. Optimè in vet. libb. est, *Exercionem*. Sic à *Contumeo* veteres verbaliter *Cortumio*, sive *Contumio* efferebant. Eodem modo etiam *Conspscionem*, *Suscpscionem*.

*Ferocit* apud *Catonem*, *ferociter agit*, *Fivere* item pro *figere*.

*Mendosè V* pro *B* scriptum est, nam *Fibo* olim pro *Figo* dicebant, hinc *Fibula*, ut *Fixula* à *Figo*. quod ex alio hujus *Felti* fragmento cognoscimus. *Fixulas*, *Fibulas*.

*Fesnoe* vocabantur qui depellere *fascinū* credebantur. *Scaliger* *Fascinoe* legit: Ego *Fesnoe* rectum censeo; nam

nam veteres *Fasnum* dicebant quod postea *Fasnu*,  
ut *Edor* pro *Ador*, *Reperare*, pro *Reparare*, & simili-  
lia. Deinde *Fascinum* prolatum est, ut *Iecur*, *Ieci-  
nur*. *Circus*, *Circinus*. *Runca*, *Runcina*. *Intega*, *Incir-  
tega*. & alia plurima eum ad modum. Transeo ad  
Propert. lib. II. eleg. xxv.

*Miles depositis annosis secubat armis,*

*Grandævique negant ducere aratra boves.*

*Putris & in vacua requiescit navis arena,*

*Et vetus in templo bellica parma vacat.*

Qui versus, ut quod centeo liberè dicam, sic debent  
collocari.

*Miles depositis annosis secubat armis,*

*Et vetus in templo bellica parma vacat.*

*Putris & in vacua requiescit navis arena,*

*Grandævique negant ducere aratra boves.*

Sed Iudicium tamen esto penes Senatam Criticū.  
Ego, quod dixi, censeo: quod censeo, æquum & bo-  
num videtur. At mutabo sententiam, si *QV I S* (ex  
vetere formulâ) *ÆQV I V S*, *MEL I V S*.

### Cap. IV.

Noctu lumina in plateis accendi solita, eiq;  
usui in ludibrium destinata Christianorum  
martyrum cadavera. Statæ Matris simulacrū  
ubi & cur cultum; item quænam ea Dea, eru-  
tum. Tacitus correctus, & illustratus.

Quam graves persecutiones passi sint Christia-  
ni sub Imperatoribus, ex Historiâ abundè id  
liquet. Primus Nero in eos sævire cœpit, Tertullia-  
nus Apolegetici cap. v. *Consulite Commentarios ve-  
stros,*

*stros, in illis reperietis Neronem primum in hanc se-  
ctam tum maximè Romæ Orientem Casariam gladio  
ferocissè. Mitto Eusebium, Sulpitium, alios. Tacitus  
Annal. v. de hac ipsâ persequutione. Pereuntibus ad-  
dita ludibria, ut ferarū tergis contecti laniatu canum  
interirent, aut crucibus affixi, aut flammam ussti, atque  
ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis ureren-  
tur. Iisdem verbis Sulpitius Hist. Sacræ lib. II. *Quin-  
& novæ mortes excogitata, ut ferarū tergis contecti  
laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut  
flammam ussti. Plerique in id reservati, ut cum defe-  
cisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. unde  
cognoscimus in Tacito mendum esse; quod & ob-  
servavit ante me amicissimus Pontanus in Notis ad  
Macrobium, sed meo iudicio non benè corrigi-  
t. Quid si? aut flammam ussti, ut que, ubi, &c. Quod autè  
ait in ludibrium usui nocturni luminis Christiano-  
rum martyrum corpora destinata, id ipsum facti-  
tatum etiam fuit sub Imperatoribus multo post  
Neronis exemplo. Observo ex Prudentii *trei sepa-  
ror* Hymn. III.**

*Aut gladio feriere caput,*

*Aut laniabere membra feris,*

*Aut facibus data fumificis,*

*Flebiliter ululanda tuis*

*In cineres ululanda flues.*

Hoc præterea heic quoque notandum, in plateis  
olim noctu accendi solita lumina. Pertinet eò Am-  
miani locus insignis, lib. XIV. *Adhibitis paucis clam-  
fero succinctis, vesperi per tabernas palabatur, &  
compita, queritando Græco sermone, cuius erat im-  
pendiõ gnarus, quid de Casare quisq; sentiret: & con-*

fidenter agebat in urbe ubi pernoctantium luminum claritudo dierum solet imitari fulgorem. Item Suetonii in Iulio Cesare. Deinde post solis occasum, mulier proximo pistrino ad vehiculum iunctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: & cum luminibus extinctis decessisset viam, diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tranvites pedibus evasit. Hinc Mater Stata coli coepta primò in foro, postea in omnibus ferè vicis, ne lapides corrumperentur. Ex Felto certum est, apud quem ita lego. *Statae Matris simulacrum in foro colebatur, postquam ad Caelium stravit* (ita emendare rectè videtur Scaliger.) *ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore; magna pars populi in suos quisque vicos retulerunt ejus dea cultum.* Hec autem eadem est cum Vestà, quam ignis tutelam gerere credebant, ideòque ei institutæ virgines que ignem inextinctum custodiebant. Ovidius in Fastis.

*Nil aliud Vestam quam puram intellige flammam,*  
Videtur esse ex Saliorum carminibus qui erant obsecratorum studiosissimi, vulgatum deæ nomē obscurantes Statam Matrem vocarint, κατ' ἐξοχήν, quia stata, id est consecrata esset, ubique: nam *Sistere* simulacra, ut fana, pro *Consecrare* dicebant. Ergo *Stata* ad verbum est Ἐστία Græcorum, nam Grammatici derivant παῖς τὸ ἐστία, ὁ δὲ τὴν ἰδρύουσαν. ἐν τῷ ἀρχαίῳ ἰδρύουσα, ἡ μητέρα. Vocatur porro *Mater*, quia *Vesta* eadem etiam cum Terrâ, que *Mater Magna*.

Cap.

## Cap. v.

Ægroti olera cdebant, & *Heluones* dicebantur. Ad quosnam postea ea vox translata, noviter declaratum. *Sardi, vernales.* Proverbium præter Festi & Capitonis mentem explicatum. Ollæ cinere repletæ in parasitorum capita confringi solitæ. *Menervare, Promenervare.* Soracū. Σώερα. Cicero, Vitruvius, & juvenalis emend. *Sicinia. Σικινία. Sicinista. Sicinnia.*

Ægrotos oleribus curatos olim fuisse vel ex uno isto Plauti nostri loco facile apparebit, Captivis, Sc. *Advorte animum sis.*

HE. *Asper meus victus sanè est.* PAR. *sentis ne esitas?*

HE. *Terrestris cœna est.* PAR. *sus terrestris bestia est?*

HE. *Multis oleribus.* PAR. *Curato agros domi.*

Huc pertinet Plinii Nat. Hist. liber vigesimus. Inde *Heluones* antiquitus propriè appellati, nam *Helus* veteres pro *Hulus* dicebant. Quia verò ægroti nauseabundi valdè sunt, fastidiosique, & delicatè ciborum arbitri, hinc postea translata ea vox ad homines delicatos opiparosque, qui magnas pecunias in dapes profunderent; non in voraces, quod hactenus tamen ab omnibus falsò existimatum est, inducunt enim Grammatici in errorem istum, qui ita explicent: *Profectò, nisi nimis mihi blandior, veram significationem erui.* Sed missis ægrotis & heluonibus, ad servos sermonem deducam, quos nequissimos & versutissimos fuisse nemo ignorabit qui Comœdias priscorum legerit. Arnobius lib. iv. *suppi-*

ter ipse rex mundi, nonne à vobis infamis est isse per innumeras species, & petulantis amoris flammam servilibus obumbravisse fallacis? Atque hinc proverbialiter *Vernales* & *Sardi* dicebantur homines nequissimi, quod scilicet vernas & servos vincerent. *Sardi* autem vetustissimâ linguâ Latinâ vocabantur versipelles & callidi, atque *Sardare* pro intelligere calleréq; usurpabatur Nævius bello Punico. *Quod bruti nec satis sardare queunt.* Proverbium quidem hoc elicio ex Pompeii fragmentis, in quibus ita lego. *Sardi vernales*, alius alio nequior. Nec ipsi illi veteres proverbium hoc intellexerunt, nam nugacissima est, nec unius assis, interpretatio Festi & Capitonis. nō enim nec à Sardibus, nec à Sardinia populi *Sardi* possunt denominari. Itaque nec *venales* legendum. Invenio etiam cognōmetum fuisse Romanorum. Lapis vêtus.

POST. MIMESIVS. C. F.

SARDVS. TR. MIL

Q. AED. PL. PR

LEGATVS. TI. CAESARIS

AVG. PROCOS. PRAEF

FRVMENTI. DANDI

EX. S. C.

Sed & hæc in præfens de servorum nequitiâ sufficiunt; transeo ad parasitos, homines etsi non servos, tamen maximè serviles, qui libertatem offâ venalem habebant, ejusque gratiâ præter irrisum, dicteria, colaphos, etiam ollas sibi in caput cōfringi permittebant. Disco ex Plauti *Capreivis*. Sc. *Juventus nomen.* Conqueritur ipse Ergasilus parasitus.

Et hic

*Et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti Potis parasitus frangique aulas in caput, Vel extra portam ire trigeminam ad sacrum licet.*

Erant insuper hæc ollæ cinere repletæ, ut nimirum co per totum corpus effuso majorem risum præbitoribus suis exhiberent. Ostendit locus *Curculione*. Sc. *Beatus videor*, ubi parasito alterum oculum apud Sicyonem catapulta sibi esse excussum dicenti, ita respondet Lyco *trapesita*.

— nam quid id refert meâ,

*In aulâ quassâ cum cinere effusus siet?*

Alludit enim ad hoc parasitorum ludibrium, quod in conviviis frequens. Sed quia in Festi paullò ante incidimus mentionem, iterum ei operam impendemus. In illius Fragmentis hæc leguntur.

*Minerva dicta quod bene moncat. hanc enim pagani pro sapientiâ ponebant. Cornificius verò quod fingatur pingaturque munitans armis eandem dictam putat.*

Illâ Cornificii sententia reicula est, nam certum est rectius à monendo derivare. Exemplum est apud Homerum *Iliad. a.* Antiquissimi *Menerva* dicebant, & *Menervare* pro monere. Hinc *Promenervat* compositum in Carmine Saliari.

*Soracum dicitur, quo ornamenta portantur sceni corum. Plantus in Persâ, Librorum eccillum plenum soracum habeo.*

Mendosa hæc vox apud alios Scriptores. Cic. in *Pisonem*. *Cum tibi tota cognatio in sarraco advehatur.* Vitruvius lib. x. cap. 1. *Portationes eorū non essent nisi plaustrorum, aut sarracorum per terram, navicularū per aquam essent inventa machinationes.* juvenalis.

— longa cornu scat.

Sarraco veniente abies.

Idem.

Frigida circumagunt pigri Sarraca Boota.

Malè omnibus his locis Apro O positum; deinde neque R debet geminari. Græcum purum putum est, Σώρακ⊙. Babrius.

πῶ δ' ἄσπιων ἦν σωρὸς, ἢ πλδ⊙ σύκων.

σάμοι τε μέλιθ⊙, σώρακοί τε φαινίμων.

Hefychius, Σώρακον, ἀγλαῖον εἰς ὃ αἴμα ἐμβάλλεται, ἢ ξυλοκαυθίλια.

Sinciniam, cantionem solitariam.

Hunc locum nemo attigit ex omnibus iis qui Festo operam dederunt, ego qui ejus reliquias veneror, & diligenter excutio, videbo nunquid possim investigare. Notum est musicam esse duplicem: vocalem nempe & instrumentalem: utraque veteribus admodum usitata, atque in delitiis. Miscebāt autem cantiones, vocemque ad fides componebant. Cum verò solis fidibus canerent, ea vocabatur *Sincinia cantio*, quasi, sine cantu. Nam fidium sonus cātum imitatur tantum, re ipsā autē non est cantus. Ergo *Cantio sine cantu* est, quomodo *Funera nefunca* dixit Catullus, *Ἰωναῖκα ὁ γυναικα* Sophocles Trachiniis: *ἔρωτος ἢ ἔρωτος* Lycophrōn. Possit etiam transpositis leviter literis legendum videri, *Sicinniam, cantionē saltatoriam*. Siquidem *Σικιννίς* erat *ὄρχησις σαυτικὴ* ut est apud Etymologicum auctorem, & *Sicinnista* dicebantur qui eam saltabant, quorum erat etiam inter saltandum canere. Agellus lib. xx. cap. iii. *Quos Sicinnistas vulgus dicit, qui rectius loquuti sunt, Sicinnistas literā n̄ geminā dixerint. Sicinnium enim ge-*

nna

nus veteris saltationis fuit: saltabundi autem canebāt, quæ nunc stantes canunt. Sed, ut nihil temerè mutetur, priorem lectionem non improbam judico; dixi tantum quæ in diversum adferri poterant. Tu, Lector, arbitrabere.

Cap. vi.

Heres à quibus culta. Nerienes pedissequa, non Martis. Ennius correctus. Parasiti deorum. *Grassatores*.

**L**ocus est elegans Plauti Curculione, Sc. *Date Luvian*.

*Talos arripio, invoco almā meam nutricē Hercule*. In veteribus editionibus inventio, *nutricem Herem*. Quod non temerè existimo explodendū. Vult enim significare se adiisse hereditatem, nam ii Herem colebant. Festus. *Herem Martiam antiqui acceptā hereditate colebant, quæ à nomine appellabatur heredū, & esse una ex Martis comitibus putabatur*. Corruptum quoque ejus nomen in Ennii fragmento apud Agell. lib. xiii. cap. xxi.

— *Nerienem Martis, & Herem*.

Ita legēdum, non *Herclem*. Porro errat Festus, dum Martis potius comitem & pedissequam credidit, quā Nerienis uxoris ejus, inductus fortasse isto Enniano loco. Porro non me fallit Lipsium in longè aliā esse opinionem, sed nihil moveor eā ipsā, etsi probabili, & valdè ad speciem verā. Nam parasiti illi deorum ordine erant alio, quam divitum etiam in Italiā. *Vetus Inscripção*.

M. AVR. AVG. LIB  
 AGILIO. SEPTENTRIO  
 NI. PANTOMIMO. SVI  
 TEMPORIS. PRIMO. SACERDO  
 TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA  
 RASITO.

Item alia.

L. ACILIO. L. F. POM  
 CVTICLAE  
 NOBILI. ARCHIMIMO  
 COMMENI. MVNERE  
 ADLECTO. DIVRNO. PARA  
 SITO. APOLL. TRAGICO  
 COMICO

Augustinus de civitate Dei lib. vi. cap. vii. *Epulo-  
 nes etiam deos parasitos foris ad ejus mensam qui co-  
 stituerunt, quid aliud quam mimica sacra esse value-  
 runt.* Postea id nomen ad eos migravit, qui cœnas  
 captabant opulentiorum, cum antiquitus *Grassato-  
 res* vocarentur. Cato apud Agellium lib. xi. cap. 11.  
*Pœtica artis honos nō erat si quis in eâ re studebat, aut  
 sese ad convivium applicabat, is GRASSATOR vocabatur.*

Cap. vii.

*Saperda.* Ἰόνδῃ. Saperdæ homines qui apud  
 Varronem. Festi & Nonii error. Petronius ter  
 emacularus. Cappadocum nequitia, & in tor-  
 mentis constantia.

**I**N Fragmentis Festi Pompeii ita legitur. *Saperda  
 genus pessimi piscis: sapientem etiam significat, cum*  
 ait

ait Varro. *Belli festivi, saperdæ, cum simus omnes.* Sed  
 Vatronis locus manifestò mutilus, pleniorq; apud  
 Noniū exstat, hoc modo. *Omnes videmur nobis esse  
 belli, festivi, saperdæ, cum simus* οὐραγοί. Porro *Saperdæ*  
 pro pisce est vox Pontica, designatque cancrum. Ety-  
 mologici auctor. Τὸν κερπίον ἰχθὺν οὐράς δὲ οὐ  
 πρὸς πᾶσι. Persius Sat. v.

*Et quid agam? rogitas? saperdas advehe Ponto,  
 Castoreum, stuppas, hebenum, thus, lubrica Coa.*

Est etiam saltamentum suillum, Paphlagonēs ἰον-  
 δῆν vocabant. Alii apuas dicunt saltas, alii frustum  
 tantum cujuscunque piscis falsi. Varro transtulit, &  
 posuit non quidem pro sapiente, ut Festus Nonius-  
 que interpretantur, sed pro faceto & falso. Itaque  
 sensus verborum ejus. Omnes nobis videmur esse  
 belli, festivi, falsi, cum tamen simus οὐραγοί (captavit  
 manifestò alliterationem) id est insulsi, nec in toto  
 corpore, ut Epigrammaticarius loquitur, habeamus  
 vel micam salis, nam οὐραγοί sunt quæ salis defectu  
 putruerunt. Conferam me jam ad Petronium, qui  
 operam nostram expectat. Pag. 48. editionis Ra-  
 phelengianæ. *Inclusus ego suspendio vitam finire cō-  
 stitui: & jam semicinctio stanti ad parietem spondam  
 junxeram, cervicisque nodo condebam, cum referatis  
 sribus intrat Eumolpus cum Gytone, meque a fatali  
 jam metâ revocavit ad lucem.* Locum hunc despera-  
 tum pronuntiat amicus meus, nō ego. Legitur aliàs  
*sponda me vinxeram.* Benè. Sententia plana. Est verò  
*Semicinctiū Zona* minus lata, ut dixi in Curis Plau-  
 tinis. Auctor Hist. Apost. lib. 11. *Virtutesque nō mo-  
 dicas Deus faciebat per manus Pauli, ita ut etiam su-  
 pra languidos deferrentur à corpore ejus sudaria &*  
 H 5 *femi-*

*femicinētia*. Alter locus est obscurior & contaminatior. Pag. 58. *Adhuc aliquod iter salutis querendum est. Inspicite quod ego inveni. Eumolpus tanquam litterarum studiosus utriusque atramentum habet. hoc ergo remedio mutemus colores à capillis usque ad unguēs. Ita tanquam servi Æthiopes, & præsto tibi erimus sine tormentorum injuriâ hilares: & permutato colore imponemus inimicis. Quid hoc est? sine tormentorum injuria hilares. Deinde cujus constantia? Corrigo levi mutatione in tormentorum i. b. Adhæserat principio ultima litera vocis præcedentis, itaque ex sine postea sine factum est. Sanè admodum ineptè. Confundit autem Petronius Æthiops qui Melanofyri, cum Cappadocibus, qui Leucofyri: de quibus hæc prodit Interpres Persii vetus Sat. v. 1, *Cappadoces dicebantur habere naturale studium ad falsa testimonia proferenda: qui nutriti in tormentis à pueritiâ, equuleum sibi facere dicuntur, ut in eo se invicem torqueant, & cum in pœnâ perdurarent, ad falsa testimonia se bene venundarent. Nihil poterat ad Petronii mentem accommodatius. Huc pertinet Epigramma vetus.**

Καππαδοκαιοι φαυλοι μεν αι, ζωνες δε τυχοντες  
φαυλοτεροι, κερδους δ' εινεκα φαυλοτατοι.

Ην δ' αεχθεις η τρεις μεγαλης δραξωνται απάτης,  
Δη τότε γιγνονται φαυλεπιφαυλοτατοι.

Item Proverbio celebrata eorū nequitia. *Τετα κειπα χαλιστα*. de Cappadocia, Creta, & Cilicia. In eodem Petronio pag. 5. *Ecce in ipso aditu occurrit mihi equè lapsus ac moriens Ascyrtos, putares ab eadem anicula esse deductum.* Rectè animadvertit Musæus amor Ianus Doufa F. *lassus* legendum esse: ego præterea etiam *madens* pro *moriens* restituo. Sequitur

tur enim postea. *Sudorem ille manibus deterfit.* Et supra eadem hæc pagina. *In cursu fatigatus, ac sudore jam madens, accedo aniculam quandam qua agreste olus vendebat.*

## Cap. VIII.

Templum Flaviæ gentis à Domitiano extructum, Flamen Flavialis. Papinii locus excussus, & alter tentatus. Cifio usi viatores. Statue Domitiani centum podo. Abascanti cognomen Statio redditum, ejusque locus tertius emendatus.

Templum Flaviæ genti extruxisse Domitianum cognoscimus ex Suetonio in vitâ ejus, cap. v. Hoc ipsum intelligit Statius lib. iv. Sylv. in Viâ Domitiani.

*Qui genti patriæ futura semper  
Sancit limina, Flaviumque culmen.*

Item Flamines Flaviales, Mentio eorum in veteri Inscriptione.

L. APPAEO. L. F.  
PVP  
PVDENTI. P. P  
TRIB. COH. XII  
VRB. ET. X. PRAET  
FLAMINI. FLAV  
PATRO

Ergò malè legitur in veteri editione, *Flaviumque Calvum*. Nam etsi Calvus planè Domitianus fuerit, & arcui cuidam eapropter *Calvitiinus* inscripserit, teste

teste Suetonio cap. xlii. tamen hoc firmandæ huic lectioni nihil facit. Aded enim calvitio offende-  
batur, ut in cõtumeliam suam traheret, nisi cui alii jocõ  
vel serio objectaretur. Memorat idẽ Suet. cap. xviii.  
Et hoc carmen scriptum est vivo imperanteque ad-  
huc Domitiano, ut ex sine licet hautire, ideoque  
maximẽ ei errat metuenda Imperatoris offensa, quã  
tantopere evitavit, ut adulatoriẽ planẽ Deum voca-  
verit. Sic enim canit.

*En hic est Deus, hunc jubet beatis*

*Pro se Iupiter imperare terris.*

Rursus Sylv. lib. v. ubi Abascantii pietatem laudat.

*Macte animi; notat ista Deus, qui flectit habenas*

*Orbis, & humanos propior Iove digerit actus.*

Et ita volebat se nominari. Suetonius cap. xlii. Se-  
quitur in eodem Carmine.

*Hic quondam piger axe vectus uno*

*Nutabat cruce pendulã viator,*

*Rodebatque rotas maligna tellus.*

In vet. cod. erat. *Rordebatque*. Possit non inelegan-  
tius, *Mordebatque*. Porro cruce[m] ibi vocat elegan-  
ter temonem, qui in birotis vehiculis etiam hodiẽ  
cruce figuram præfert; & sanẽ intelligit ibi cissum,  
quod birotũ: apparet inde, quod ait *axe vectus uno*.  
nam birota curricula unicum tantum axem habẽt.  
utebantur autẽ cissis viatores. Colligi hinc potest,  
& ex Ciceronis oratione pro Sexto Rosc. Amerino.  
*Et cum post horam primam noctis occisus esset, pri-  
mo diluculo nuntius hic Ameriam venit, decem horis  
nocturnis sex & quinquaginta millia passuum cissis  
pervolavit. Et alibi. Cisso celeriter ad urbem vectus,  
domum venit capite obvoluto.* Tradit quoque (quo-  
niam

niã de eo heic sermo incidit) Suetonius Domitia-  
num statuas sibi in Capitolio noluisse fieri nisi au-  
reas & argenteas, easque certi ponderis, quantita-  
tem tamen non exprimit. Hæc ejus verba. *Statuas  
sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni per-  
misit, ac ponderis certi.* Fuit autem id pondus cẽtum  
pondo. Haurio ex eodem Statio Sylv. lib. v. in Aba-  
scantii laude, ubi Priscilla conjux moribũda hor-  
tatur, ut dedicationi statuæ quam Domitiano para-  
bat, inscriberet etiam suum amorem.

— nunc, quod cupis ipse videri,

*Da Capitolinis æternum sedibus aurum,*

*Quo niteant sacri centeno pondere vultus*

*Cæsaris, & propria signet culticris amorem.*

Præterea & hoc monebo, Titulum istius Carminis  
malẽ legi hodiẽ, *Abascantii in Priscillam pietas:*  
Item epistolę præfixã. Resp. *Ad Abascantium.* Re-  
scribo. *Abascanti, & Abascantum.* Nam ita id co-  
gnomen efferebatur. Lapis vetus.

D. M.

ABASCANTO. AVG. LIB

AEDITVO. AEDIS. NEPTVNI

QVÆ. EST. IN. CIRCO. FLAMIN

FLAVIVS. ASCANIVS. ET

PALLANS. CAES. N SER

ADIVTOR. A. RATIONIB

PATRI. PISSIMO. FEC

Item



Item alius.

D. M.

C. PLINII

ABASCANTI

C. PLINIUS

POSPHORVS

Tertius.

Q. SERTORIUS

Q. LIB. ABASCANTVS

SEVIR. AVG. D. S. P. F. C

AD EMOVE. DEDICAVIT

Quartus.

D. M.

N. OGVLNIO

ABASCANTO

VIXIANI

OGVLNIA. HILARA

CONIUGI. CARISSIM

N. OGVLNIUS

RHODO. F

PATRI

CARISSIMO

Finiam hoc caput, si ex epistola illa ad Abascantum  
 mendum sustulerim, quod est in istis verbis, *Ego ta-*  
*men huic operi non ut unus e turbâ, sed tamen tu quasi*  
*officiosus affilius, amavit enim uxore meam Priscilla,*  
*& amando fecit mihi illam probatorem.* Correxerâ  
 de conjecturâ, sed tantum quasi officiosus, cum postea  
 eandem veteris codicis esse lectionemprehendi.

Cap.

## Cap. IX.

*Apello, antiquè pro Apollo Macro-*  
*bius ter quater restitutus.*

**C**uras Secundas Macrobianas, mi Lector, visum  
 cheic passim inspergere, nec tuis, ut spero ingra-  
 tiis. Saturnal. lib. I. cap. xvii. in ipso initio. *Hoc*  
*equidem mecum multum ac frequenter agitavi, quid*  
*sit quod solem modo Apollinem, modo Liberum, modo*  
*sub aliarum appellationum varietate veneremur. Et*  
*quia sacrorum omnium presulem esse te, Vetti Pra-*  
*extate, divina voluerunt: perge, queso, rationem mihi*  
*tanta sub uno nomine in omnibus diversitatis aperire.*  
 Locus depravatus, ita tamen ut non difficulter re-  
 stitui possit, si legamus; t. s. *uno numine in nomini-*  
*bis d. a.* Postea. *Quae sententia Latine quoque nomi-*  
*nis enuntiationi congruens fecit ne huius dei nomen*  
*verteremus; ut Apollinem apellentem mala intelli-*  
*gas, quem Athenienses ἀλεξιγκαν appellunt.* Perit  
 acumen sententiæ totius, quod revoco, legendumq;  
 monco. *Ut Apollinem Apellentem mala intelligas.*  
 Festus. *Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.*  
 Et antea dixit Aurelius noster, *Nam ὡς ἀπελανοντι*  
*τὰς νόους Ἀπέλωνα, tanquam Ἀπέλωνα cognomi-*  
*natum putant:* Nec jam sequendum existimo vete-  
 rem codicem, ex quo olim aliter volui corrigere.  
 Deinde sequitur aliquantò post. *Prisci Gracorum pri-*  
*mam lucem, qua pracedit solis exortus λυκίω appella-*  
*verunt, ἀπὸ τῆς λυκίης, id est, temporis: hodieq; lycophos*  
*cognominant.* Verè corrigendum arbitror. ἀπὸ τῆς λυ-  
 κίης. idem temporis h. l. c. Oritur munda ex deducta  
 paullu-

paullulum scriptura id ē. Est & quarrus locus talis. *Ἀπὸ πλῶνα διδύμαϊον vocant, quod geminam speciem sui luminis* (ita rectē emendavit Grotius meus) *præfert ipse illuminando formandōque lunam. etenim ex uno fonte lucis gemino siere spatia diei & noctis illustrant. Scribo, illustrantur. Mendi origo ex compendiosa scriptura, illustrantur.*

## Cap. x.

Festus emendatus. *Aurea. Aureax. Auris.*

*Auriga.* Horatius explicatus. Habonarum duo genera. *fungula. Cæpio. Follum. Folliculare. Follicularis vita. Heluscla.*

**I**N Festo enucleabō quædam & castigabo, quæ et si parva fortassis erunt, magna tamen, quia post interpretem ejus & correctorem tam magnum, habenda. Legitur in libris ejus hodiē. *Aureax, auriga. aurea enim dicebatur frenum, quod ad aures equorū religabatur. oria quo ora coercerantur.* Apparet autē Festum putasse *Aureas & Oreas* diversas esse. Fallitur tamen; nam eadem omninō sunt, ori enim insertæ post aures religabantur. Aut legendum quod *ad a. e. r. oreæ quod (s. eo) ora coercerantur.* Itaque & *Aurea & Oreæ* diverso respectu nuncupatæ. Horatius *Auris* pro *Aurea*. Lib. i. epist. xi. x.

non mihi *Cumas*

*Est iter, aut Baras, levâ stomachosus habenâ*

*Dicet eques, sed equi frenato est auris in ore.*

Et sanè veteribus *Auris* non tantum membrum significasse videtur, sed etiam capistrū, quod equis ad id religabatur; & inde *ἡ ἀναλογία* deductum

*Auriga,*

*Auriga*, ut *Aureax* ἀπὸ τῆς *Aureæ*. Porro habonarum duo erant genera, ut & hodiē; aliæ ora frenabant, & *Aureæ* live *Oreæ* appellabantur, ut jam dictum est: aliæ jumenta compecebant, ne disjungi possent, atque ex *Iungula* sive *Iungla* dicte. Glossæ: *Iungla, ἡνίκαι ζευκτικαί.* Est porro in Festo alio loco. *Cæpium futurum tempus ab eo quod est cæpio.* Scribo litterula unâ amplius, quod est *cæpio*. Hoc prisicum vocabulum. Plautus Menæchmis.

*Neque ego insanio, neque pugnas, nec lites cæpio.*

Et veteres per omnia tempora & personas inflexerunt. Cæcilius Periboræ.

*Ære obscuro herclè desinam, manè cæpiam.*

Pergo in Festo. *Folium a Græco venit, quod illi dicunt φύλλον sed ideò per unum L, quia antiqui non geminabant consonantes. Folliculare appellatur pars remi, quæ folliculo est lecta, à quo vita follicularis.* Veteres Romani Græcam eam vocem genti suæ donarunt, nam *V.* in *O.* mutato & *ON.* in *VM.* terminationem Latinam, *Follum* prius, deinde *Folium* extulerunt, quomodo *Sollum, Sollium.* Sed *Folliculare* appellatur remi extrema pars, in folli sive folii similitudinem desinens, quam Græci quod alæ vicem navi præstet *ἄερον* nominarunt. *Follicularis* item vita, quæ caduca ad folii instar, nam, ut ait eleganter Homerus.

*ὄπη περ φύλλον γενεή, τοίν δὲ κί ἀνδρῶν.*

Et errat Festus, qui aliter explicat. Idem sic paullō post. *Helueta, holera minuta.* Scribo, *Heluscla*, nam antiqui *Helus & Helusculum* ὑποκοιτικῶς, sive *Helusculum*, pro *Holus* atque *Holusculum* dicebant.

## Cap. XI.

Chryfologi Sermones variè castigati. *Exulare*, activè. *Aptare*, pro *Ligare*.

**C**Hryfologi viri eruditissimi atque sanctissimi Archiepiscopi olim Ravennatis Sermones cū lego, admirari soleo os tam disertū, ingenium fecundissimum, styli supra avum istud (quod in Martiani Augusti imperium incidit) tertium atque elegantem. Duo verò velim, & paullo magis in doctorum manibus esse, & emendatiores haberi. Ego, quod potero, zizania horri admodum speciosi Criticā hac falce runcabo. Sermone i. *Affectiois desertor, pietatis refuga, deputatur porcis, porcis addicitur, porcorum traditur servituti, porcorum pasqua luculenta percurrit*. Scribo, *p. pasqua lutzlenta p. mendum leve*. Serm. 11. *Fames revocat, quem saturitas exularat*. Corrigo, *q. f. expulerat*. Nisi dicendum barbaro illo tempore vocem illam activam significationem habuisse, aliter quàm florente Romā, & linguæ decore illibato. Quod sanè ostēdunt Glossæ Isidori, in quibus scriptū invenio hoc modo. *Amandare, Exulare*. Serm. iv. *Si ergo volumus cœlestem mereri gloriam, si paradysi beatitudinem possidere, si aeterni patris inhabitare domum, si volumus rei cœlestis parricidii nō teneri, pervigili fide, luce spiritus terras invidia pellamus, & excludamus insidias, invidiā totis armorum cœlestium viribus comprimamus*. Corrigo, & dispungo. *n. teneri, pervigili fide, luce spiritus terras invidia pellamus & excludamus i.* Serm. vii. *Hypocrisis dum caput captivare oculos, oculis sit ipsa capti-*

*captiva*. Scribo, *sit ipsa c. leve est*. Item quod sequitur Sermon. viii. *Gubernator prudens à littore cum navim solvit, cum mare transiturus intrat fluctus, domus, patria, conjugis, pignorum curas deponit: & ita totus mente, corpore, sensu, nauticis laboribus occupatur, ut & fluctuum possit superare discrimina, & stationem lucro si portus periculi victor intrare*. Scribendum, *lucrosi portus*. Sermon. x. *Patris erat passio ibi tota ubi filius immolabatur: ignavus filius sistebatur: nescius filius aptabatur vinculis*. Corrigo, *ignarus filius s. n. f. aptabatur vinculis*. Et posuit *Aptare* propriā notione frequentativā ab inusitato *Apio*, id est, *Ligo*, ut docet Festus in *Apex*. Et non semel gaudet hic Auctor noster vocibus antiquis & desitis uti. Sermon. xi. *Diabolus mali author, nequitia origo, rerum hostis, secundi hominis semper inimicus, ille laqueos tendit, lapsus parat, foveas fodit, aptat ruinas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras, dat virtutes odio, vitia dat amoris, errores ferit, &c.* Scribo, *vitia dat amori*. Sermon. xiiii. *Consiliis suis si diabolus prodit*. Scribo, *se diabolus p.* Sermon. xviii. *Qui maturitatis fructum querit, despicit amœna camporum, viole, rosa, lilia, narcissus, grati flores, sed gratior panis*. Emendo, *Qui saturitatis f. q.* Sermon. xx. *Mari quod pedibus CHRISTI tumentia terga submitit, stravit in plano vertices suos, motus frenavit, astrinxit fluctus, & per liquentem viam saxa soliditate servavit, modo quid est quod usq; ad periculū sui sevit, furit, contendit auctoris? Lego & distinguo. p. l. viam saxa f. servavit modo, quid, &c. Ibidem. Denique ubi iussio sola addixit mare, recessit ventos, tulit turbines, dedit quietem. Putem, sustulit turbines.*

Ibidem. *Hic ergo Aquilo ventus durus per dextrum, per Africum, per austrum, per Eurum diffundit se Christi turbine, &c. Scribo, per Austrum, p. E. d.*

## Cap. xii.

Agellii loca bina restituta. Macrobbi unus. *Semihulcum suaviu. Cereris in nuptiis vinum apponere nefas. Orci nuptia. Plautus ilultratus, & correctus.*

**A**Gellius Noct. Attic. lib. xvi. cap. xvi. docens dictos *Agrippas* voce ab ægritudine & pedibus confictâ, sic ait inter cætera. *Esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos, sursum pedibus elatis. Qui locus, si quid video, ita debet scribi, capite in imo nixo, sursum p. e. Apud eundem lib. xix. cap. xi.*

*Dum semihulco savio*

*M eum puellum savior.*

Scribo, *D. semihulco suavio M. p. savior.* Nec aliud est *semihulco suavio suaviari*, quàm quòd Plautus valgo *suavio*, dixit Milite, Sc. *Mihi ad enarrandum, &c.*

*Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum,*

*Majorem partem videas valgis suavius.*

Petronius quoque Satyrico, *Commovibat valgiter labra, & me tanquam furtivis subinde osculis verberabat.* Ad quem locum vidè quæ doctissimus mihi que amicissimus Ioan. Wouwerius. In Macrobbio etiam Saturn. lib. i. cap. ii. ita restitues. *Cereris dea vinum libari nefas erat in nuptiis.* Hinc capiendus Plauti elegans locus Aululariâ, Sc. *Heu Staphyla.*

STA.

STA. *Cereris mi Strobile hi sunt facturi nuptias?*  
STR. *Qui?* STA. *quia temeti nihil allatū intelligo.* Ita enim legendum primorem illum ex Macrobbio lib. i. cap. xi. cenfeo. Dicebantur verò etiam *Orci nuptia*, & Pontificum præsentia celebrabantur. Servius ad Eclog. x. *Aliud est sacrificium, aliud nuptias Cereri celebrare, in quibus re verâ vinum adhiberi nefas erat, quæ Orci nuptia dicebantur, quas præsentia suâ pontifices ingenti solemnitate celebrabant.* Hæc scripseram, cum vidi idè docuisse jam in Centionatu V. N. Ianum Doufam, cui libes rescribo.

## Cap. xiii.

Poma & nuces quid differant. Macrobbius compluribus castigatus. Varro semel. Annales *Maximi* qui dicti. Afranii versus eruti.

**P**ergam in Macrobbio, & quæcunque in eum mihi iteratâ lectione observata, huic chartæ illinam. Saturnal. lib. i. cap. ii. sub finem. *Atqui scias oportet eum inter nos sermonem fuisse, &c.* Prætextati hæc ad Cæcinam oratio est, non Cæcinæ ad Prætextatum, ut præferit hic textus. Certum itaque præcessisse. *Respondit Prætextatus.* aut tale quid. Cap. iv. *Varro Ferialium diem ait à ferendis in sepulchra epulis dici, non dixit Ferialiorum.* Scribo, *Ferialium, & Ferialiorum.* Vide Festum & Varronè lib. iv. Cap. viii. *Animalium verò æternam propagationem, ad Venerem generandi facultas ex humore translata est. Locus corruptus, quem non sano, nisi legendum, æternâ propagatione.* Ibidem. *Falcem ei quidem putant attributam, quod tempus omnia metat.* Scribo,

quidam p. Cap. xi. *Qui instauratitius dictus est non a patibulo, ut quidam putant Græco nomine ἀπὸ τοῦ σωφῆ. Corrigo. a patibuli, ut q. putant, Græco n. Ibidem. Vides quanto de servo ad deorum summum cura pervenerit. Scribendum, quanta de s. Ibidem. Hoc qui senserit, obliviscetur dominis id parum non esse, quod dis satis est. Deleo non, vult sententiæ decor, vult Seneca, è cuius epistola XLVI I. omnem hunc tractatum descripsit: aut certe scribendum, parum modo esse, ut mendæ origo, à mō compendiosâ scriptione existat. Ibidem. At illi, quibus nō tantum præsentibus dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant cum domino porrigere cervicem, & periculum imminens in caput suum vertere. Melius in Senecâ est pro domino p. c. & putem errorem esse festini librarii. Cap. xi I. Cum primum signum Aries Marti assignatus sit: sequens mox Venerem, id est, Taurus accepit. Transpono, sequēs mox, id est, Taurus, Venerem accepit. Nisi tã id est taurus, ut glossema & sequens planè deleri debere censendum. Cap. xv I. Ideò per præconē denuntiabatur, &c. Volui olim per præciam, nunc alia mihi mens, nec temerè velim sollicitare, uti nec illud quod sequitur tanquam inominalem diem, pro quo inominalem reponendum existimavi. Ibidem. Dies autem postriduanos ad omnia majores nostri cavendos putarunt, quos etiam atros, velut infaustâ appellatione, damnarunt Putem scribtrum fuille. q. e. atros vocantes, v. i. Cap. xix. Cælum autem Argum vocitari placuit à candore & velocitate, παρὰ τὸ λεκόν ἢ ταχύ. Necessariò legendum, παρὰ τὸ ἀργόν, τὸ λεκόν, καὶ ταχύ. Omiserat Festinus librarius duas istas præcipuas*

puas voces. Cap. xx. Hinc est quod simulacris Aesculapii & Salutis draco subjungitur. Mutilum hoc caput, & quomodo farciendum, monui in Notis ad CVII. caput Caronis. Cap. XXI. Idem Egyptii volentes ipsius Solis nomine figuravere raso capite. Scribo, Idem Egyptii. Præcessit, Hinc Osirin Egyptii, &c. Ibidem. Ideò & Hammonem, quem deum Solem occidentem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet sicut sol radiis. nam & apud Græcos ἄρῶ & κέρα κριδὸς appellatur. Corrigo, ἀπὸ & κέρα κριδὸς appellatur Cap. XXI I. Sive ἀπὸ & δεομένυ, id est κριομένυ, seu ἀπὸ & δεομένυ, hoc est μεεζομένυ. Scribendum etiam primo loco ἀπὸ & δεομένυ. Cap. XXIV. Imò pueri cū essemus, Symmache, sine iudicio mirabamur. Præcessit opinor, Tum Evangelus, aut tale quid; nam verba Euangeli sunt ad Symmachi præcedentem quæstionem. Ibidem. Audi quid de operis sui multiplici disciplinâ ipse pronuntiet. ipsius enim Maronis epistola, quâ Augustum compellat, ita incipit. Putem tò Maronis infarctisse aliquem studiosum lectorem: elegantius enim abest. Lib. II. cap. III. Idem cum Lentulum generum suum exigua natura hominem longo gladio accinctum vidisset. Corrigo, exigua statura. Cap. IV. ubi de Græculo. Brevi suâ manu in chartâ Græcum exaravit epigramma. Scribendum, breve suâ m. Cap. VII. Inducto habitu Syri, qui velut flagris casus, proripiente se similis exclamabat. Malim, proripientique se. Cap. VIII. sub exordium. Namque ipsius verba hæc traduntur: τὴν συννοσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν; id est, coitum esse parvum morbum comitialem. Interpretatio ista à quodam itudioso lectore est, non à Macro-

bio, qui non solet ita facere. Deinde desiderantur heic alia & plura quam noster Pontanus existimavit, qui ex Salisberienſi facile suppleri poſſe defectum omnem cenſuit. Cap. ix. *Primus hos Q. Hortenſius augurali cœnâ poſuiſſe dicitur.* Augeo ex ipſo Varrone, *augurali adſociali cœnâ.* Locus eſt lib. i. c. vi. Erat autem *Adſocialis cœna*, quæ in ſancti-  
 one fœderis, aut aliqua publicâ privatave lætitiâ dabatur. Videndus CL. Lipſius ad Tacitum. Ibidem. *Quod potius factum tum luxurioſe quàm ſevere boni viri laudabant.* Ejicio tò tum natum ex ſupina iteratione ultimæ ſyllabæ vocis præcedentis; itaque lego, *q. p. factum luxurioſe quàm ſ. b. v. l.* Et laudabant non eſt τῆντων, ſed εἰσων; antiquâ notatione. Atque ad eundem modum in Varronis exemplaribus reſcribi oportere cenſeo, ubi hodiè longè aliter, *quod protinus factum tam luxurioſi quàm ſeveri viri boni laudabant.* Quæ lectione nihil ineptius; veram erui manu ducente Macrobio. Ibidem, *Ut ova eorū donariis veneant quinis.* In Varronis exemplaribus eſt, *ita ut ova*, &c. Ibidem, *Ubi jam luxuria tunc accuſaretur, quando tot rebus ſarta fuit cœna pontificū?* Quæ hæc toleranda in una periodo? *jam, & tunc.* Emendo, *Ubinam luxuria tunc*, &c. Cap. x. *Ab illo ordiatur tempore quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punica &c.* Exiſtitem ſcribiſſe, *inter duo poſtrema b. P.* Nam tria fuerunt bella Punica, atque inter duo poſtrema optimi mores. Auguſtinus de Civitate Dei lib. ii. cap. xviii. *Nam cum optimis moribus & maximâ concordia populum Romanum inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginienſe commemoraviſſet egiſſe*, &c. Cap. xi. *Romani illi nobiliſ-*

*biliffimi principes Lucilius, Philippus, & Hortenſius, &c.* Lego, *Lucullus, Philippus.* Varro lib. iii. cap. iii. *Quis enim propter nobilitatem ignorat piſcinas Philippi, Hortenſii, Lucullorū?* Vide etiâ ejuſdē libri caput extremū, itē Columellam lib. vi. c. xvi. Ibidē. *Cū hæres teſtamento Lucilii eſſet relictus.* Iterum lego, *Luculli.* Sequitur. *Piſces de piſcinâ ejus quadraginta millibus vendidiſſe.* Columella loco citato, *millium quadringentorū* habet: ſed hæc lectio Varronis eſt lib. 3. cap. ii. Malim porò in Macrobiū præcedentibus verbis legere. M. Varro 3. libro de *Agriculturâ* refert, &c. quæ ut hodiè obtinet, *M. Varro in libro d. A. r. Iudicium eſto doctiorum.* Ibidē; ſub exitū capitis. *Auctor eſt Plinius C. Caſarem dicitatorē, cū triumphales cœnas populo daret, ſex millia murenarum à C. Hirrio ad pondus accepiffe.* Locus Plinii eſt lib. ix. cap. xv. Varronem lib. iii. cap. ultimo tantum duo millia ait. Cap. xii. in verbis C. Titii. *Ludunt aleâ ſtudioſe unguentis delibuti, ſcor- tis ſtipati.* Distinguo, *Ludunt aleâ ſtudioſe, unguentis d.* Ibidem. *Quid mihi negotii eſt cum iſtis nugacibus; quàm potius potamus mulſum mixtū vino Graeco, &c.* Corrigo, *quin potius.* Cap. xv. *Et quia mala videmus admiſſa bellariis, &c.* In ipſo initio eſt. *Lego; admiſta bellariis.* Sequitur. *Sunt de agriculturâ ſcriptores, qui nuces & mala ſic dividunt, ut nuces dicant omne pomū quod foris duro regatur, & intus habeat quod eſui eſt; Malum vero, quod foris habeat quod eſui & durum intus excludat.* Lego, *q. eſui eſt, durum intus excludat.* Iam eadem de differentiâ quæ inter poma & nuces tradit ex Democrito Auctor *περὶ οὐρανῶν* lib. x. ſive Conſtantinus iſ, ſive Caſſius Dionyſius.

sius. Ὅπως λέγεται ἡ χλωδὴ τὸν καρπὸν ἔχειν, οἷον  
 δασακινά, μήλα, ἀππίδια, δαμασκυνά, καὶ ὅσα μὴ ἔχει  
 ἔξωθεν πικρυλῶδες. ἀκρόφρυα δὲ καλεῖται ὅσα ἔξωθεν κέ-  
 λυθη ἔχει, οἷον ροῖα, πισακία, κάρσανα, καὶ ὅσα χλωδὴ τὸν  
 καρπὸν ἔχει ἔξωθεν. Servius quoq; ad Virgillii Eclog.  
 11. *Nices dicuntur omnia testa corio duriore, ut avel-  
 lana, amygdale, juglandes, castanea: sicut è contra di-  
 cuntur poma omnia molliora.* Atque eleganter valdè  
 dictum à Columellà lib. x.

— aut pruni lapidosi obruta pomis

Gaudet. —

Hoc pertinet Cascellii dictum, qui Vatinio gladiato-  
 rium munus edete, cum ab ædilibus edictum es-  
 set ne quis nisi poma in harenam mitteret, roga-  
 tus an nux pinea pomum esset, respondit. *Si in Vati-  
 nium missurus es, pomum est.* Nam re verà alioqui po-  
 mum non erat. Cap. xvi. *Sanguinem, silicem, ficum,  
 atram, &c.* Volui olim, *salicem* pro *Sanguinem*, sed  
 erravi: Mentio ejus arboris apud Plinium lib. xvi.  
 cap. xvii. ubi invenies *sanguineas virgas*, quales  
 erant illæ quibus prius parricide cædebantur, quam  
 culleo infuerentur. Lib. i. cap. i. *Et si tanta disce-  
 ptationis sermo non cederet, &c.* Scribendū discepta-  
 tioni. Sequitur. *Hoc autem reputo principaliter præ-  
 mittendum, quo ad hoc quis diis superis rem sacram  
 rectè perficiat, prius eum rite purificari oportere.* Cæ-  
 seam τὰ ad hoc malè intrita esse, nam sine illis opti-  
 mè constat sententia, quæ jam nimium quantum  
 exulcerata est. Cap. ii. *Pontificibus enim permissa  
 est potestas memoriam rerū gestarum in tabulas con-  
 ferendi, & hos annales appellant, equidem maximos,  
 quasi à pontificibus maximis factos.* Interpungo, &  
 lego.

lego. *e. h. annales appellant, & quidè maximos, qua-  
 si à p. m. f.* Huc pertinet. *Festi locus Maximi anna-  
 les appellabantur, non magnitudine, sed quod eos Pon-  
 tifices maximus consecrasset.* Atque hos ipsos intelli-  
 git Arnobius nolter lib. i. *Stribiligines, & vos istas  
 libris illis in maximis atque admirabilibus non habe-  
 tis?* Cap. x. Nam & Tercius, cum de ritu sacrorū multa  
 differeret, ait sibi hunc locum in questione venisse. Pu-  
 tem, Nam & Terentius, & de Varone capiendum,  
 ortam verò mendam ex compendiosâ scriptione  
 Tertius. Atque videtur hæc ex libris ejus Rerū Di-  
 vinarum accepisse, aut Epistolice Quæstionibus.  
 Cap. xi. sub finem. *Leges Ceres dicitur invenisse,  
 nam & Sacra ipsius Themisferia vocantur.* Scriben-  
 dum, *Thesmosphoria vocantur.* Nemò tam hoc pes in  
 his literis qui id nesciat. Lib. v. cap. i. *Sed istam mihi  
 necessitatem altam & profundam remittas volo: quia  
 non nostrum inter illos tantas componere lites.* Plus  
 acuminis habeat si legamus, *inter illos tantos, & ita  
 dixisse Eusebium certum habeam; loquitur verò de  
 comparatione Tullii & Maronis.* Cap. ii. *Vnde enim  
 Veneto, rusticis parentibus nato, inter silvas & frutices  
 educto vel levis Græcarum notitia literarum.* Volui  
 olim, *unde enim Vergilio*, sed profectò toto cælo er-  
 ravi, nunc aut fallor aut veram lectionem excogi-  
 tavi, *unde enim verò rusticis p. n.* Origo mendi ex lu-  
 pinâ iteratione mediæ syllabæ mutato in super V. in  
 N. & R. in T. Cap. xi. circa medium. *In arboribus  
 etiam & frugibus ad earum indolem vel detractan-  
 dam vel augendam major plerumque vis & potestas  
 est aquarum & terrarum que alunt.* Restituo, *In ar-  
 boribus etiam & fruticibus ad, &c.* Sub finem. *Græcis  
 milites*

*milites Polipoetes & Leonteus stant pro portis, & immobiles Asium advenientem hoste velut fixæ arbores opperiantur. Melius, si leviter transponas, Asium hostem advenientem, & hæc est scriptura Macrobii.*

Cap. xi. in medio.

ὅτι τὸ κατὰ βόμηνον συγῶς ὕδαρ, ὅτε μέγιστος.

Et alibi.

ὅτι δὲ νότατος τε πῆλξ μακρότεσι θεοῖσιν.

*Phidias, cum Jovem Olympium fingeret, &c. Luxatus hic locus. Restituo.*

ὅτι τὸ κατὰ βόμηνον συγῶς ὕδαρ, ὅτε μέγιστος.

ὅτι δὲ νότατος τε πῆλξ μακρότεσι θεοῖσιν.

*Et alibi: Phidias cum I. O. F. Nam pessimè hæc erât divulsâ. Cap. xvi. Virgilius in hoc secutus auctorem modo in priore Catalogo modo de Aventino, modo de Hippolyto fabulatur. Deleo vocè malè incultatam, & scribo, secutus auctorem, in priore catalogo. Cap. xviii. Tamen his quoque & id Euripidis nobilissimæ tragœdiarum scriptoris addetur auctoritas. Corrigo, his quoque itidem Euripides, ultima syllaba absorpta erat a primâ vocis sequentis, itaque remanète tantum itid diviserunt, & fecerunt et id. Acute, ut ipsis visum. Cap. xix. in Carminii sive Granis legendû, ut monui in Notis. Prius itaque & Tisicos aneo vomere uti, cum conderentur urbes, solitos in Tageticis eorum sacris invenio. Scribo, cum conderet urbes. malè repetita erat prior syllaba vocis sequētis. Cap. xx. Testis Alcaeus, qui in Cælo tragœdiâ sic ait. Quid si in Cælo tragœdiâ. ut nomè fuerit tragœdiæ Cæus, Κοῖος. quem Hesiodus θεογονίᾳ Cæli & Terræ filium facit. Temerè tamen mutare non mihi animus. Cap. xxi. Sequitur, ut quando cantharum & poculi & navigii genus*

*genus esse supra diximus, probetur exemplis. Navigii genus: lege, relegere totum hoc caput, non invenies. An non scribitur: parer: ubi ergo? aut nusquam, aut post ista, quæ paullum præcedunt. Ac sanè animadverti ego apud Græcos multa poculorum genera à re navali cognominata, ut carcheſia supra docui, ut hæc cymbia pocula procera, ac navibus similia. Atque heic subnexa fuerint & de cantharo, quæ perierunt. Lib. vi. cap. i. Afranius etiam togatarum scriptor in ea togatâ que Compitalia inscribitur, non inverecundè respondens arguentibus quod plura sumpsisset à Menandro, Fateor, inquit, sumpsit non ab illo solo modo, sed ut quisque habuit quod conveniret mihi, quodque me nō posse melius facere credidi, etiam à Latino. ubi loci latent Afranii elegantissimi versus, leviter tamen corrupti, quos nemo hæctenus deprehendit. Ego cruo, & constituo.*

*Fateor, (inquit) sumpsit, non ab illo solummodo,*

*Sed ut quisque habuit conveniret quod mihi,*

*Quod me non posse melius facere credidi,*

*Etiam à Latino. ———*

*Cap. vii. Vexare Italiam Hannibalem, quâdo nullum calamitatis aut sevitia aut immanitatis genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpeſſa sit. Multilus locus, Rescribo. Vexare Italiam Hannibalem dixit, quando nullum c. g. Hęc vox deest, aut ei similis. Sensus postulat, suadet Agellius lib. ii. cap. vi. quem vide, si operæ. Ibidem. Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. Scribo, actor laudari, & apud Agelliū lib. ii. cap. vi. Lib. vii. cap. i. Sic Agathonis convivium, quia Socrates, Phædras, Pansanias & Erisymmachos habuit;*



*buit, sic & cœna, quã Callias doctissimus dedit, Charmadam dico, Antisthenem, & Hermogenem, caterosq; his similes.* Nomina heic propria corrupta. Emêdo. *Pausanias & Eryximachos habuit, Deinde Charmidem dico;* Agathonis convivium, quod laudat Macrobius, habes in Platonis Sympolio; Calliæ autem cœnam, in Xenophontis: atq; inde hanc correctione meam hausit. Ibidem *Liber pater thyrso ferit, per obliquationem circumfusa hedera latente mucronem.* Corrigo. *latente mucrone.* Cap. vi. *Fiunt enim tremuli, graves, pallidi, & saltu tumultuantes spiritus artus suos & membra quatuntur.* Scribo, *tumultuantis spiritus.* Cap. viii. sub exordium. *Quicquid grave erat carnis assumpserit, consummationemque ejus multã ex parte confecerit.* Scribo, *absumpserit.* Sequitur. *Cum cito coquant offas bubulas, in asperis piscibus concoquendis laborant.* Corrigo, *cito concoquant.* Scribunt fuerat *concoquant,* quod imperiti isti non advertentes, rati malè iteratam primorem syllabã, truncatam nobis vocem dederunt. Cap. ix. *Aut enim accedit prorsum, aut retrorsum recedit.* Verba sunt in initio statim; corrigo verò, *accedit prorsum.* Nam *prorsum* opponitur *retrorsum.* Vide quæ notamus cap. 4. libro primo Critici nostri Arnobiani. Simile mēdum infrã quoque cap. xiii. *Reperi nervum quendã de corde natum prorsum pergere usque ad digitũ manus sinistra minimo proximum.* Iterum scribendam. *prorsum pergere.* Sequitur eodẽ xiii. capite. *Cum in templo vidissem circã deorum simulara hunc in singulis digitum confectis odoribus illinire & ejus, &c.* Scribo, *confectis odoribus.* Hæc erant quæ

quæ postmodũ in Macrobio observãram. Tu, Lector, utere, fruire, ut meis, ut tuis.

### Cap. XIII.

Catullus in Pervigilio correctus, & Statius. *Adjubilare. Nubigena montes. Nubigena Phryxus. Columella castigatus. Extorum venæ. Littus unicum.*

**V**ersus ille intercalaris est in Pervigilio Veneris. *Cras amet, qui nunquam amavit, quig, amavit cras amet.*

Quem languere hæctenus ex tam doctis & acutis viris nemo sensit, cum tamen non leviter langueat, ita ut lumbifragium abstulisse (Plauti verbis) merito videatur. Quid enim quæso jubeat illos denuò amare, qui semel amârunt, & habent jam speratam suam sponfam pactam. Fallor, aut scripsit iste Auctor, quicumque tandem.

*C. a. q. n. a. quique amabit, cras amet.*

Sensu eleganti. Qui nunquã amavit, & tamen amaturus aliquando est, cras amet. Atque hæc mihi sedet super eo loco sententia. Transitionem faciam ad Statium Sylv. lib. v. Sylvã primã, ubi Abascantii in Priscillam pietatem decantat.

— *rapida sic obvia puppi*

*Invidet, & velis adnubilat aura secundis,*  
Scriberim, *adjubilat aura s.* Eleganter verò ventos adversos & obstreptos velis adjubilare dicit, sumptã metaphora à rusticorum incondito clamore, quorum propriè est *Inubilatio.* Festus. *Inubilare, est rusticã voce inclamare.* Thebaid. i.

— nectarda sequetur

*Mēs juvenū, modo digna veni, mea pignora nosces.*  
Scribo, *diva veni*, Tiphonem compellat, hortaturque in pœnam filiorum. Simile mendum memini tollere in Arnobio lib. 1. cap. XIII. ubi *divos pro dignos* legendum esse ostendi. Sequitur eodem libro in Statio.

*Ille tamen modo saxa jugis fugientia ruptis*  
*Miratur, modo nubigenas e montibus amnes*  
*Aure pavens, &c.*

Potius, *nubigenis e montibus*: Bellè ita vocat montes altos, ut cum vertice nubes transeat, nasci ex iis videantur. Sed libet hujus vocis occasione Collumellâ levi mutatione corrigere, & illustrare, lib. x.

*Mox ubi nubigena Phryxi, nec portitor Helles,*  
*Signorum & pecorum princeps caput efferet undis.*  
Lamiæ turres & pectines folis (ut cum Tertulliano loquar) loquitur iste versus; & profectò inauditum monstrum homines ex nubibus procreari. crederè si e lapidibus dixisset, nam inde nati, postquam

*Dencalion vacuum lapides jactavit in orbem.*  
ut ait Virgilius. Atqui Centauri, ut est in fabulâ, ab Ixione ex nube, quâ Iuno suâ figurâ induerat, geniti sunt: sed dic, fœdes, an Phryxus unus de his? *ἄνεξ ἀήρων*. Sano, & scribo majusculâ literâ, *Nubigena Phryxi*, ita appellat eum poetica catachresi ob Nephelen novercam, quam Athamas Inonis uxoris induxit in locum. Hoc verius, quam illa quæ apud Sagram, sequitur Thebaid. lib. 11.

*Dî benè, quod tales stirpemque animosq; venitis.*  
*Ut responsa juvent.* —  
Scribo, *U. responsa jubent.* Ibidem.

Mo

*Me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos,*  
*Aut avium lapsus, aut turbida noctis imago*  
*Territat.* —

Putem, *minantia divas*. Lib. III.

*Ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti*  
*Obvius iræ pares, ventis, aut alite visâ,*  
*Bellorum proferre diem.* —

An ex ventis capta omina? non aliàs memini legere. Putem, *venis, aut q. v.* atque de extispicio intelligam. Facit huc Arnobii locus lib. 11. *Antequam Tages Thuscus oras contingeret luminis, quisquam hominum sciebat, aut esse noscendum condiscendumq; curabat, in fulminum casibus, aut extorum quid significaretur in venis?* Pergo ad Theb. v1.

— aut littore in uno

*Aolus insanis statuat certamina ventis.*

Putem, *littore in unco*, quomodo curvum littus alii Poëtæ appellant. Postea ibidem.

*Increpitans Scetumque levem, Cycnumq; nivalem.*  
Malim, ut in aliis libris esse monet eruditissimus Bernartius,

*Ascheton increpitansque levem.* —  
Sic paullò antè dixit.

— *rapidum Danacius augur*

*Ascheton increpitat, meritumq; vocabula Cycnū.*

Cap. xv.

Sulpitius Severus aliquoties  
emaculatus.

Sulpitii Severi de vitâ D. Martini libros, usus univèrsâ, eaque depravatissimâ, editione Lazii, serid casti-

K

casti-

castigāram sublatris mendorum plaustris, ignarus jam ante Sigonium & Gifelinū, (quos viros!) eam Spartam sibi exornandam sumptisse: Cujus rei cum ab amicis commonefactus essem, accepissemque exemplar editionis istius, cœpi cum meis illorum emendationes contendere, quid multis? è plurimis animadverti vix quatuor quinque mihi superare; quas libet heic proponere. Lib. de vitā D. Martini, cap. xxv. extremo. *Ego Christum nisi in eo habitu formæque quâ passus est, nisi crucis stigmata proferentē, venisse non credam. Malim, c. stigmata proferentem.* Epistolā secundā ad Aurelium Diaconum. *Ego impudens sequi cupiens, dum altos gressus molior & conitor, evigilo, somnoque excitus congratulari cœperam visioni; cum ad me puer familiaris ingreditur, solito tristior vultu, loquentis pariter & dolentis. Interpungo solito tristior, vultu loquentis p. e. d.* Epistolā III. ad Bassulam. *Aut ego tanto sim operi destinatus, ut omnia quæ de Martino cognosci oportet, me potissimum scribente notescant.* Lazii editio: *scribentem notescant.* Inde conjicio scribendum, *scribente innotescant.* Dialog. I. cap. I. de virtutibus Monachorum Orientalium. *Nedum modo me tibi astimes puncto temporis defuturum, quo minus amore tuo pendens te intuear, te audiam, tecum loquar.* Lego, q. minus ab ore tuo p. Ibidem. *Recte plane, inquit Posthumianus. iste Gallus in societate nostrā retinebitur, quia etsi mihi parum cognitus est, pro eo tamen quod tibi est carissimus, non potest mihi non esse carus.* Corrigo, *qui tametsi mihi, &c.* Cap. 11. *Cum vacua ab humano cultu omnia cerneremus, ego studiosus explorandorum locorum gratiā longius processi.* Quæ lectio non potest

potest bona esse; & miror sanè Gifelinum optimè de hoc Scriptorē meritū tolerasse. Pulmanni liber, ut ipse monet, habuit *studiosus*. Lazii, *studiosior*. utriusque benè. Sed præterea scribendum, *ego studiosus explorandorum locorum longius processi*. Nam omnino ejiciendum rō gratiā, quod à malā manu inculcatum. Dialogo II. cap. VII. *Finitā cœnulā fragmēta panis assumpti micaeque colligit, satis fideliter illas imperialibus epulis anteponebat.* Corrigo, *f. panis assumpti*. Hæc erant quæ superabant.

## Cap. xvi.

Mos vetus unguendorum pedum. Diogenis Cynici scomma explicatum. Cubicula nocturna & diurna. Somnus insititius. Oluatiū.

MOS erat veteribus priusquam calceos induerēt pedes ungerē: Hesychius ostendit Λιπαρῶ ποδῶ. ἢ λείφοντο τὸς πόδας οἱ ἀρχαῖοι πρὸς ὑποδήσασθαι. Videmus id quoque apud Diogenem Laërtium lib. VI. in vitā Cynici sibi cognominis. Τῶ μύρω τὸς πόδας ἀλειφόμενος, ἐφη, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀγέρον ἀπίναι τὸν μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν. Stringit eorum luxum, qui capillos unguento delibutos habebant, inueniens meliorem pedes inungēdi morem esse. Et hinc quoque capiendum aliud ejusdem scomma, quod postea Laërtius commemorat. ἐβόα πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥάδιον ὑπὸ τῶν δεῶν δεδῶσθαι, ἀποκεκρίσθαι δὲ αὐτὸν ζήλοντων μελίπικτα, καὶ μύρα, καὶ τὰ παρὰ πλῆστα. Ἰδεν πρὸς τὸν ὑπὸ τῷ δικέτω ὑποδόμενον, οὐπω (εἴτε) μακάριος εἶ, ἀν μὴ σὲ καὶ ἀπομύξῃ. Erat quoque mos veteribus, qui etiamnū

obtinēt, æstivo tempore meridie somnum leuiusculum capere, ut paret ex Plauto, aliisque. Varro elegantissimè somnum institutum appellat de Re Rust. lib. 1. cap. 2. *Ego hic, ubi nox & dies modicè redit & abit, tamen æstivo die, si non diffinderem meo institutio somno meridie, vivere non possem.* Sed destinata ei quieti etiam alia cubicula ab iis, in quibus noctu dormiebant, atque illa *Diurna*, ut hæc *Nocturna* appellitabant. Observo ex Plinio lib. 1. epist. 111. *Quid? cubicula diurna nocturnaque possident ne te? & per vices partiuntur?* Ignorari video quid sit *Oluatium* Festus. *Oluatium* Antistius Labeo ait esse *mēsuræ genus*. Ubi rectè iudicat magnus Scaliger coactos eos interpretari id quod in rerum naturâ non esset. Nec tamè locus corruptus, legendumve *Olus atrii*, ut idè minus benè existimat. Veteres enim nominabant *Oluatium* quod in ollis coctû esset, & est *Olluatium* ab *Olla*, sed moris erat illis consonantes non geminare. Eadè forma *Testuatum* dictitabant à *Testâ*. Testis Romanorû doctissimus Varro, cujus ea verba lib. 1v. de L. L. *Testuatiû, quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matrilibus id faciunt.* Hoc mihi videtur, salvo aliorum iudicio.

### Cap. xvii.

**A**micorum peregrè abeuntium mos. Effigies eorum in annulis gestari solitæ. Seneca & Ovidius illustrati. Telleræ etiâ datæ. Petronii locus de literâ quadratâ explicatus. Sol Manare quando dictus. Chrysologo inde lux data.

**A**Mici peregrè abeuntes dabant alter alteri imagines suas ad renovandam memoriam. Inde intelli-

telligendus Seneca epist. xl. *Imagines nobis amicorum absentium jucunde sunt, quæ memoriâ renovant, & desiderium absentia falso atque inani solatio levât.* Has autem, ut quocunque circumferre commodè possent, annulorum gemmis insculptas gestabant. Ovidius inde capiendus, Trist. lib. 1. eleg. vi.

*Hac tibi dissimula, senti tamen optime dici,*

*In digito qui me fersq; referq; tuo.*

*Effigiemque meam sulvo complexus in auro,*

*Chara relegati quæ potes ora vides.*

Atq; hoc Romæ, fortasse & in Græciâ, ubi tamè tellerâ præterea dabat. Clarè suggerit Heliod. *Æthiop. v.* *Φέρε, σύμβολά τινα ποιησώμεθα, δι' ὧν ἀπόρητά τε γνωεῖν μὲν παρόντες, καὶ ἐι χωρεθῆναι πολε συμβαίνοι, μασεύσομεν ἀλλήλους. ἀγαθὸν γὰρ πλάνης ἐρόδιον, σύνδεμα φιλικὸν εἰς ἀνεύρεσιν φυλαττόμενον.* Atque hoc illâ de re; ad alia propero, Quæritur à doctis, quid *Quadratâ litera* sit in istis Petronii verbis: *Ad sinistram enim intrantibus non longe ab hostiarû cellâ canis ingens catenâ vinctus in pariete erat pictus, superque quadratâ literâ scriptum, CAVE CAVE CANEM.* Et dubitat an capiendum sit de iis, quas capitales vulgò vocamus; nam, inquirunt, præscis sacculis nullæ aliæ erant præter tales. Verè, præscis. Sed Petronii, & antè temporibus jam invetæ aliæ literarum formæ. Testis ecce Quintilianus lib. 1. cap. vii. *Illâ vetustissima transeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec similes his nostris earum formæ fuerunt.* Innuit autem quadratam earum formam. Iam tempus Petroniani ævi ad Quintilianeam putandû tam herclè vetustissimum non est, ut ne vetus quidem jure possit appellari. Itaque non erat cur hic tantopere

æstuant. Lego apud Festū, veteres *Manare* solem dixisse cū oriretur. Hæc ejus verba. *Manare solē tūc esse solitos antiquos dicere, ait Verrius, cū solis orientis radii splendore jacere cœpissent.* Atq; ita loqui video Chrylogogū Serm. 82. *Quia tūc sol ut mane faceret manicavit, & qui antè noctē fugerat, nunc ipse noctem prævenit fugaturus, ut reddat luci nox horas, quas terror dominica passionis invaserat.* Est autem ἰπποκρῆστου verbi *Manare*, quemadmodum enim à *Fodo*, *Fodico*. *Fello*, *Fell*. cō, ita à *M.ano*, *Manico*.

### Cap. XVII II.

*Levus* triplici notione. Ἀεὶπός, pro fatuo. Δεξιός, pro prudenti. Augurum mos. *Antica*. *Postica*. Dii *Levi*. Arnobius illustratus. Tonitrua *leva* auspicata. Petronio fax accēsa.

**L***Evus* triplici notione usurpari ab auctoribus observo, pro felici, infelici, fatuo. Primū itaque pro felici, apud Virgilium *Æneid.* ix.

*Auduit, & cœli genitor de parte serenâ  
Intonuit levum.* ———

Item.

*Partibus intonuit cœli pater ipse sinistris.*

Et apud Valerium Flaccum lib. 1.

*Talia conanti levum Iovis armiger atrâ  
Advent.* ———

Stat. Thebaid. IIII.

*Signa feras, levusque tones.* ———

Petron. Satyrico.

————— *de cœlo Delphicus ales*

*Omina læta dedit, pepulitque meatibus auras.*

Nec

*Nec non horrendi nemoris de parte sinistra  
Insolita voces flammâ sonuere sequenti.*

His omnibus, & aliis multorū poetarum locis, *Levus* pro felici accipitur, cuius rei rationem reddidit Varro Epitol. Quæst. lib. v. *A deorum sede cum meridiam spectet, ad sinistram sunt, partem mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextera esse existimetur.* Servius *Æneid.* lib. 2. *Sciendum, Levum, quum de humanis rebus est, esse contrarium: quum de cœlestibus prosperum: ut, Intonuit levum, quia sinistra numinum inveniuntur sunt dextera.* Aliter, ut videmus, quàm Varro; quem Plinius sequitur lib. 11. cap. lvi. *Lava prospera existimantur, quum levâ parte mundi ortus est.* Hæc de primâ notione, jam ad secundam veniamus. *Levus* pro infelici. Festus. *Scæva res dicitur mala, quasi sinistra, σκαῖον enim Græcè sinistrum dicitur.* Sed nimis hoc notum est, origo tamen ejus significationis fortasse non item nota, quam si ostēdero, non omninò operam lusurum me puto. Profluxit autem ab augurali disciplinâ. Augures enim spacia lituo designabant, & iis dabant nomina, ut prima pars *Antica*, posterior *Postica*, laterales duæ, *Dextra*, & *Sinistra*. Dolabella lib. de Limitibus *Quare per ades publicas in ingressibus antiqui fecerunt crucem, anticâ & posticâ? quia aruspices secundum aruspicium in duas partes orbem terrarum dividerunt: unam partem ab oriente in occidentem, aliam a meridiano in septentrionē.* Vide Servium ad *Eclogam* ix. Atque ex hoc augurum more capiendus Arnobius lib. 1v. *Iam primum enim mundus ipse per se sibi neque dexteram, neque lavas, neque superas re-*

*giones, neque imas, neque anticās habet, neque posticas, Etiam Festus. Ea cœli pars quæ sole illustratur usque ad meridiem, Antica utique nominatur, quæ ad septentrionem, est Postica. Quæ autem aves à dextrâ regione venirêt, Dextra dictæ, & felices habite, quæ à sinistra, Sinistra, & infelices. Atque hinc factâ translatione latius vagari cœpit vocum istarū usus. Præter vero, ut hoc obiter dicam, etiam locis istis putabant numina, quæ Dextera & Leva appellabant. Ingerit Arnobius noster loco citato *Dii levi, & leva, sinistrarum tantum regionum sunt, præses, & inimici partium dexterarum.* Inde Virgilius *Æneid. viii.**

*Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.*

Nec aliâ de causâ *Loties* apud poetas numina læva aut dextra nominantur. Postremò, ut dixi, *Lavus* pro fatuo & stolido ponitur. Virgilius *Æneid. ii.*

*Et si fata deum, si mens non lava fuisset,*

*Impulerat ferro Argolicas tentare latebras.*

Horatius in Arte suâ.

————— *ô ego lavus,*

*Qui purgo bilem sub verni temporis horam?*

Exempla etiam apud alios multos multa, sed sufficit ex duobus principibus protulisse. Sumptum autem à Græcis est, qui *αεισερά* vocabant τὰ μωρά. Sophocles Ajace.

*ἔποτε γ' ὀφρονόθεν γ' ἐπ' αεισερά*

*παῖ τελαμῶν ἔβας.* —————

Et postea.

————— *σχειδὸν ἐκλύσων σῶμα.*

Interpres ejus vetus. *Αεισερά* οἱ παλαιοὶ τὰ μωρὰ ἐκάλεον, *δολξιά* δὲ τὰ συντά. Suidas iisdem ferè verbis.

Α' α'

*Αεισερά, τὰ μωρά; δολξιά δ', τὰ συντά.* ubi etiam adducit Sophoclis locum hunc. Nos Batavi quoque, ἐλλωισμὸν referentes, de homine minimè fatuo dicimus. *Ἐπεν ἰσνιέτ σινετ.*

### Cap. xix.

Mercurius somni præses. Pocula ei ultima libata; Ejus effigies in fulcris lectorum sculpti solita. *Ἐρμῆς. Ἐρμῖνες.* Poculorum sculptura & inscriptiones.

Somni præsidem Mercurium superstitiosa existimabat antiquitas, itaque in lectorum fulmentis ejus effigiem sculptere solebant, quæ & *ερμῖνες* dicta inde. Etymologici auctor. *Ἐρμῆς, ὁ κλιρόπυς, ἐπεὶ δὴ ἐν αὐτοῖς ἐγλυφον ἀγάλματα ἔρμῦ, ὡς ἐφόρον ὕπνου καὶ ὀνειρώων.* Et Suidas quoque *ερμῖνες* exponit τὸς τῆς κλίνης πόδας. Præterea libabant, ut placida & jucunda immitteret somnia. Didymus ad Odyss. *ψ. τῶ δὲ ὄνηροπόμπην ἔδ) (τὸν ἔρμῦ) καὶ τὸς κοιμαμένους αὐτῶ εὐχαδα καὶ αὐτὸν ἀναμένειν, εἶλοντο ἐν τοῖς θαλάμοις ἔχειν φύλακα ἔ ὕπνου, ὀπνοῆσαι τε καὶ ἀσκήσαι τὸς τῶν κλινῶν πόδας εἰς πῶν ἔ θεῦ πρὸς σφιν, ὅπως ἀλεξήτορας ἔχοντες ἰδέας τὰ μὲν δειμάτα μὴ φοβοῖντο, προσδοκῶεν δὲ πλείεσσιν ἐπαφροδισίαν διὰ τῶν ὀνειράτων.* Vide quoque Eustathium. Et est elegantissimus locus apud Heliodorum *αἰδιοπικῶν lib. iii.* Καὶ λύχῳ τε ἡμμένῳ εἰσφέρειο δερεσπανίδι, τῷτο ἔ πρεσβύτω πρεσβῆανθῳ, καὶ τὴν σπονδὴν ἀπέχεεν, ἄλλως τε τῶν θεῶν, καὶ τὸν ἔρμῦ ὅπῃ πᾶσιν ὀπκηλέμενῳ. ἐνόνειρόν τε ἦτῃ πῶν νύκτα, καὶ φανῆναι αὐτῶ τὸς φιλάτους χεῖρά γῦν τὸν ὕπνον ἰκέταδ. Sed & poculū ejus honori consecrabant. Apolli-

Ionii Scholiastes lib. i. Ἐῖθ' ὡς τοῖς παλαίοις κρῆ-  
 ῖσα κρηρῶν ὅτε μέλλοιεν χαθούδειν, καὶ τὰς γλώσσας τῶν ἱε-  
 ρείων θύειν τῷ ἔρμη, καὶ ὀπιπένδειν αἶνον. Id erat ulti-  
 mum. Homerus Odyll. ἦ.

εὔρε ἢ φαίμων ἢ γήλοχος ἢ δὲ μέδωντας  
 σπένδοντας δεπέσσιν εὔσκόπῳ ἀργυροφόντῳ,  
 ἢ πυμάτῳ σπένδεσκον ὅτε μνησαίατο κοῖτην.

Et vocabatur ἔρμης, ut est apud Iulium Pollucem  
 lib. vi. cap. xv. cujus hæc verba. Ἦν ἢ καὶ ὑγίεια ἱερά,  
 ὡσπερ καὶ Διὸς σωτήρ ὁ κρατῆρ, ἱερός ἦν. ἀγαθὸ δὲ δαι-  
 μονος, ὁ μετὰ τὰς τεσσάρων ἀνεραῖος. καὶ ἔρμης, ἢ τελευ-  
 ταῖα πόσις. ὅθεν καὶ ὕμνος. Ἐῖθ' πυμάτῳ σπένδεσκον. Erat  
 verò peculiare, & consecratum foli Mercurio, (sicut  
 & illa duo priora, quæ διὸς σωτήρ, & ἀγαθὸ δαιμό-  
 νος dicebantur) proferebantque demum cubitum  
 discessuri. Dictus verò ἔρμης, ab inscriptione, nam  
 tria ista pocula eorum deorum, quibus sacra essent,  
 nomina inscripta habebāt, unde & γεγμαπικὰ πο-  
 τήρια nuncupata. Colligo ex Athenæo lib. xi. qui  
 refert Euallum Methymnensibus dedisse aureum  
 poculum è mari extractū, cujus in circuitu sculptæ  
 undecim hæc exstarent literæ, ΔΙΟΣ ΚΩΤΗΡΟΣ.  
 Atque hoc de sacris poculis. Iam quæ facta non es-  
 sent, historias aut varia carmina ostendebant. Tale  
 illud Neronis, de quo in vitâ ejus Suetonius. *Men-  
 sam subvertit: duos scyphos gratissimi usus, quos Ho-  
 mericos à cœlaturâ carminum Homeri vocabant, solo  
 illisit.*

Cap.

Cap. xx.

Sepulcra primitus in domibus. Ovidius illu-  
 stratus. Lares cur culti. Cellæ ei usui. *Re-  
 quietoriū. Locus. Ossuarium. Cinerarium. Ci-  
 nerarii. Locus communis. Sepulcra Familia-  
 ria, quæ & Hereditaria. Αἰόταφοι. Sepulcra  
 in finibus agrorum, aliquando etiam medio.*

Sepulcra Romanos juxta vias habuisse fati omnibus  
 constat, ut etiam Græcos. Paret ex isto Theocriti loco  
 Idyll. vii.

Κύπῳ τῶν μεσάτων ὄδῳ ἄνυμες, ὅδε τὸ σῆμα  
 Ἀμῖν τῷ Βεργίλῳ κατεφάνελο. —

Pulcherrimum ramentum in adibus ea constituebant. Isidorus  
 Orig. xv. cap. xi. *Sepulcra in adibus constituebantur.*  
*Prius autem in domo suâ quisque sepeliebatur.* Inde  
 Lares coli cœperūt. Servius Æneid. vi. *Apud majores  
 omnes homines in suis domibus sepeliebantur: unde  
 ortum est ut Lares colerentur in adibus.* Atque erant  
 cellæ isti usui, quæ postea transferre etiam extra urbem.  
 Petronius Satyrico. *In conditorium etiam profecta est  
 defunctum, positumque in Hypogæo Græcō more corpus  
 custodire ac flere totis noctibus diebusq; cœpit.* Origo earum  
 Græca, quod fati etiam declarat Petronius, observaviq;  
 olim pœnè adhuc puer ex Phlegonte Tralliano περὶ θαυμ. καὶ μακροβ. cujus  
 hæc verba sunt. Ἀνοχθεῖσις δὲ ὑφ' ἡμῶν τῆς καμᾶς ἐ-  
 οῖς ἦν πάντες οἱ δικαιοὶ μεταλάσσοντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν  
 τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, &c. Quem  
 locum etiam ab amicissimo meo Wouwerio annotari video.  
 ut autem omnem hanc rem rectè teneamus

mus, sciendum, sepulcra aut fuisse privis hominibus facta, vel conjugibus, aut omni familiae posterisque. Privorum conjugumque appellabantur *Requietoria*, Inscriptio vetus.

P. SCANTIVS. PHILETVS. FECIT. SIBI.  
ET. SCANTIAE. NICE. LIB. REQUIETORIVM.

Quomodo Lycophron alibi *δυνασθεῖον*. Aut *Loci*, ut videre est in iure nostro, & Inscriptiōibus. Augustinus de Civit. Dei lib. i. cap. i. *Testantur hoc martyrum loca, & basilica Apostolorum*. Aut etiam *Ossuaria*. Iterum disco ex vetere Inscriptiōe tali.

IULIA. FVSCINIA. OSSVARIVM. VIVA. SIBI. FECIT. Et ex aliâ quâdam Inscriptiōe etiam *Cineraria* dicta invenio, ~~apud Hieronymum in epistolâ quâdam ad Ripariū. *Ais* Vigilantium os foetidum rursus aperire, & putore spurcissimum contra Sanctorum proferre reliquias, & nos qui eas suspicimus, appellare cinerarios, & idololatrias, qui mortuorum hominum ossa veneremur. Dixi etiam omni familiae posterisque facta sepulcra, hinc toties est legere in Inscriptiōibus antiquis. FECIT. SIBI. POSTERISQVE. SVIS. Hæc intelligit Ovidius *Metamorph. lib. xi. i.*~~

*At, puto, funeribus dotabere regia virgo,  
Conducturque tuum monumentis corpus avitis.*

Lapis vetus

PA.

PA  
TERNOS CINERES EX-HISPA  
NIA EXPORTATE COMMVNIQVE  
SĒPVLORO CONDITE QVO  
AVITIS CINERIBVS IMMIXTI  
SACRO GAUDEANT ANNIVER  
SARIO PARENTARI.

Solinus cap. v. *Quorum reliquia in conditorio Salmestianorum videntur*. Quintilianus *Declam. xi. Miser ego nec ad cadaver accessi, non in sepulcra majorum meis manibus intuli*. Dicebantur autē ea *Loci communes*. Artemidorus lib. i. cap. lxxx. Κοινὸς ὁ τόπος ἐστὶ καλεῖται, ὁ τὸς νεκρὸς δεχόμενος. Et in Prologo *Casinae Plautinae*.

*Eâ tempestate flos Poëtarum fuit,*

*Qui nunc abierunt hinc in communem locum.*

Cicero *Verr. vi. Dico nihil istum ejusmodi rerum in provinciâ reliquisse, &c. nihil in adibus cujusquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, &c.* Iustinianus *Institut. lib. i. i. tit. i. In communem autem locum purum invito socio inferre non licet. Etiam Familiaria sepulcra, item Hereditaria. ff. lib. xi. tit. vi. i. l. v. Familiaria sepulcra dicuntur, quæ quis sibi familiaeque suæ constituit, hereditaria autem, quæ quis sibi heredibusque suis constituit. Qui alibi sepeliebantur, ἀπόταφοι à Græcis nominabantur. Harpocration. Α' πόταφος, ἀντὶ τῆ ἀπεσεμημένῃ τῶν περρονικῶν τάφων. Erant præterea *Publica sepulcra*, in quibus nimirum ii locabantur, qui honoris ergo de publico sepeliebantur. Mentio eorum apud Siculum Flaccum *lib. de Conditionibus**

agro-



agrorum. *Auctores divisionis assignationisque leges quasdam colonis describunt, ut qui agri delubris sepulcrisve publicis, qui solis itineris viactus ambitus ductusque aquarum, qui publicis utilitatibus servierint, ad id usque tempus quo agri divisiones fierent, in eadem conditione esse quã ante fuerant. Solita autẽ strui sepulcra, ut nec hoc negligam, in finibus agrorum juxta vias, nisi si steriles aut saxuosi essent, quipetum etiam in ipso eorum imeditulio fiebant. Idẽ ille Flaccus libro citato. Inspiciendum erit & illud, ne, quoniam sepulcra in extremis finibus facere soliti sunt, & cippus ponere, aliquando cippus pro termino errorem faciat. Nam in locis saxuosis, & in sterilibus etiam in mediis possessionibus faciunt.*

## Cap. XXI.

Apud Athenienses in ære alieno obrutorũ agris columnæ cum inscriptione figebantur. *ὄρος. Ἀστικὸν χωρίον, & Ἴπόβολον.* Suidæ lacuna expleta. Harpocration correctus. *Scrobs & Fossa*, pro membro muliebri. *Ἄεστεν, Vomer*, pro virili. Artemidorus illustratus, & Apomafar. Apuleius emendatus.

**A**Thenis in agris eorum qui ære alieno obruti solvendo vix essent columnæ defigebantur, in quibus perscripta erat debiti magnitudo, & debitoris nomen. Factitatum verò id ab ipsis eã fini, ut ne quis ei postea imprudens scenus locaret: atque istæ columnæ ὄρες appellabantur. Suidas. ὄρες, ὅτις ἐκάλουν οἱ ἀγριοὶ, τὰ ὑπόντα ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίας καὶ χωρίοις γράμματα, ἃ ἐδήλουν ὅτι ὑπόκειται δανείσῃ. Ety-

**E**tymologici auctor. ὄρος, σημαίνει δύο, τὰ θεῖα, καὶ τῆς χώρας τὰ τέλη. καὶ σαιδίον ὀπιθεμένον ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς χωρίοις: πηγνύμενον τοῖς ἐνεχρειαζομένοις πρὸς ἃ ὀφείλουσιν οἱ δεσπόται. Hos ipsos ὄρες intelligit Theophrastus in Ethicis Characteribus cap. πρὸς μικρολογ. καὶ τὸς ὄρες δὲ ὀπισθοκτεῖσθαι ὀσημέσαι, εἰ διαμένουσιν εἰ αὐτοί. Et Hesychius. ὄρος, νέμος, διαμὸς, ἢ σίλη, ἢ κατεπεπηγῆα ὀπὶ χωρίῳ. Itaque qui ager columnas ejusmodi non haberet, ἀστικὸν χωρίον nominabatur. Etymologici auctor. Ἀστικὸν οἱ ἀπτικοὶ ἐκάλουν τὸ ἐκ λούδεσσι χωρίον, καὶ μὴ ὑποκειμένον χρέσει εἰρήται δὲ, ὅπιοις ὑποκειμένοις χρέσει χωρίοις, εἰ ὀφείλουσιν ἐγκαταπηγνύειν σίλην, ἢν ἐκάλουν ὄρες. εἰ ἢ ἐνεχράσθητο τὸ χρέος, καὶ ὁ χρέσις, ἵνα μὴ πλανηθεῖς ἕτερος, ὡς ὀπὶ καθαρῶ, αὐτῶ δανείσῃ. Suidas quoque, doctissimus Grammaticus id ipsum scripserat, nisi edacis temporis injuria ejus libros mutilasset, nam hodiẽ truncatẽ legitur hoc modo. Ἄς \* χωρίον τὸ μὴ ὑποκειμένον δανείσῃ. ὅταν γὰρ ὑποκένται αὐτὸ τῆτο ὁ δανείσας διὰ γραμμάτων δηλοῖ ὀπκειμένων τῶ χωρίῳ. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὀπ οἰκίας γίνεται. Restituo. Ἀστικὸν χωρίον, &c. Sed & in Harpocratione malè legitur. Ἀστικὸν χωρίον, τὸ μὴ ὑποκειμένον δανείσῃ, ὅταν γὰρ ὑποκένται, εἰ ὀφείλουσιν αὐτὰ τῆτο δηλῶν διὰ γραμμάτων ἐπόντων τῶ χωρίῳ. Corrigo similiter. Ἀστικὸν χωρίον. Qui autem ager columnas istas haberet, Ἴπόβολον χωρίον vocabatur. Julius Pollux lib. III. cap. IX. ὄρες ἐφεσάναι χωρίων. λίδας δὲ ἦν, ἢ σίλη τίς, δηλῶσα ὡς εἰσι ὑπόχρεων τὸ χωρίον, ὅπιοι δὲ τῆτα ἐλεγον, καὶ τοι ὀσίχθαι τὸ χωρίον. ὡς τὸ ἐναντίον, ἀστικὸν. τὸ δὲ ὑπόχρεων χωρίον, καὶ Ἴπόβολον. Confero me ad Artemidorũ, in cujus Onirocriticis insignes multæ reconditæ doctrinæ notæ. Legi olim in illo lib.

lib. II. cap. XXVI I. φέρει δὲ ἰδίῳ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἢ ἐν ἀγρῷ, ἐκ δὲ πρῶτον, ἀγαθόν, ἰστίαν γὰρ δὴν κτησιν σημαίνει. ἀγάμω δὲ καὶ ἀπαίδι, γυναικὶ καὶ παίδας. Ecce per puteū mulierem & liberos designari ait. Similiter ferè Apomafar Apotelesmatum cap. CLXXXI I. Si quis aquā putealem haurire visus fuerit, eamque limpida, siquidem ipsemet puteum illum fecit, aurum à puellā virgine consequetur, quod aqua copia respondebit. Et poitea. Si visus sibi fuerit alius ex aquā puteali potum præbere, qua vel limpida, vel turbida fuerit: per eam virginem alios aut locupletabit, aut adfliget. Rationē ejus rei hanc sum commentus, non planè abludentem; et si Artemidorus aliam reddat, nempè quia membrum muliebri κατὰ περιφροσιν lepidè fuit appellatum βόσπος, à Græcis, ut & à Latinis Scrobs: Sic apud Arnobium disertissimum Christianæ religionis defensorum, lib. IV. Etiamne Pertunda, qua in cubiculis præsto est, virginalem scrobem, effodientibus maritis. Item Fossa; apud Tibullum in Priapeis.

Tibi hac paratur, ut tuum ter, aut quater,  
Voret profunda fossa lubricum caput.

Sic est alius locus apud eundem Artemidorum lib. IV. cap. XXI I. Εἴδοξε τις ἀστυειῶν καὶ πωρίων πυρὸς καὶ ἐπανήκον αὐτῶ παίδες ἐξ ἀποδημίας; καὶ ἡ γυνὴ χωεὶς οἰκῶσι. Vbi cur ἀστυειῶν ad liberos referat eadem planè est ratio, nam membrum virile ἀστυειῶν appellatur. Nonnus Διονυσιακῶν lib. XVI I I.

ὅπποτε μιτρώψιν ἐπεσομένοιο χαμμεναῖς

τάμνεν ἀνυμφεύτων σάχων ἀρσενά παῖδες ἀρδύρων.

vbi rectè monet doctissimus vir Gerartus Falkenburgius, & legendum μητρώψιν, & eodem modo τὸ Vomere usurpasse Lucretium. Huc pertinet illud

Apru-

Apuleii Ἀνεχομένω

Carpant papillas, atque amplexus intiment,  
Arentque sulcos molles arvo Venereo.

Ita enim lego, non Hæren: que: Possit etiam urvo Venereo legi, fortasse rectius.

### Cap. XXI I.

Sacrificia Græcorum allatis nunciis latis, ac dubiis. Θύζον τὰ εὐαγγέλια. Latii nuntii coronati adveniebant. Στεφανῶν τὰ εὐαγγέλια.

NOTANDUS is mos imperatorum aut ducum exercitus, qui rebus lætis nuntiatis sacra faciebant, amicisque victimarum partes mittebant; atque id nominabāt, θύζον τὰ εὐαγγέλια. Plutarchus in Agesilao. ἔδυσεν εὐαγγέλια, καὶ διέπεμπε μερίδας τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων. Aristophanes Equitibus.

ἀνδρες ἦδη μοι δοκεῖ

ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν ἐσιγηγελμένοις  
εὐαγγέλια θύζον ἐκ τὸν βῆς τῆ θεῶ.

Julius Pollux lib. V. cap. XXV. ἡ μὲν τοι ἐπὶ τῷ συνήθειαι θυσία, εὐαγγέλια. Peragebant verò ista sacrificia coronati. Certum id ex Polyano Stratèg. lib. I I. Ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτὸς περὶ ἄλλων ἐσφρανωμένω, ἔδυσεν εὐαγγέλια, διέπεμπε τοῖς φίλοις τὰς μερίδας ἀπὸ τῶν ἱερείων. Sed & incertis nuntiis allatis sacrificabant, idque diis in plateis constitutis. Aristophanis Scholiastes Equitibus. ἔδος ἦν τοῖς ἐν ἀγυαῖς ἰσαμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύζον. ὡς ἀν' εἰ ἀγαθαῖ εἶεν, ἐπινεύσαι ἐν λαύταις εἰ δὲ τὸνανθίον, ἀποσρέψαι εἰεν. Observo quoque consuetudinem fuisse, ut qui lata etiam nuntiarent, coronati & vittati venirent. Inge-

rit idem Polyanus loco citato. Παρεσκευάζει ἀνδρῶν ἀγνώτων, περιελθόντων ἀντοῖς τῆς πόλεως, ἐσφρανωμένον καὶ πανίας ἐχροντα πρῶτον ἀπαντήσαι ἀγγέλλοντα. Philostratus lib. 1. de vitâ Sophistarum, in Æschine. Ἀλλ' ἐνθυμώμενοι τὸ ἐν ταμίαις ἔργον, ἐν ᾧ βροιωτὲς ἐνίκων ἀδυνατοῖσι, ἀεισεῖα τὴν δημοσίαν ἐσφρανότο, τάτε ἄλλα, καὶ χηρσαίμενοι ἀμνηχάνω τάχει περὶ τὰ εὐαγγέλια τῆς νίκης. Et id ipsum sφρανῶν τὰ εὐαγγέλια vocabant. Apparet ex Aristophanis Equitibus.

εἴτ' ἐσφράνω μὲν εὐαγγέλια, καὶ γὰρ φρεσσα ἀντοῖς ἀπόρητον. —

Ad quem locum Scholiastes. Τὸς γὰρ εὐαγγελιζομένους τὶ ἀγαθὸν σφράνοις ἐτίμων.

### Cap. XXI I I.

**Culei origo.** Mos collocandi ægros ante januas unde manant. Et alius Iberorum adnotatus. Ἰερά ἐδῆς, σολῆ). Vetiùs Valens emaculatus.

**C**ulei supplicium apud auctores valdè frequēs, & congestit de eo nuper aliquot loca in Parergorum libris Christophorus Colerus, juvenis eruditus, quia tamen ille de origine ejus nihil, libet istam heic exponere. Culei itaque supplicium vetus apprimè, & jam inde à Tarquinio rege, qui primus usurpavit in M. Tullium Duumvirum, quia Petronio Sabino sacra civilia describenda præmii gratiâ tradidisset, Valerius id docet lib. 1. cap. 1. *Tarquinus autem rex M. Tullium Duumvirum, quod librū secreta civilium sacrorum continentem, custodia sua commisit, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset,*

*dedisset, culeo in sutum in mare abjici jussit. Adque supplicii genus multo post parricidis lege irrogatum est.* Postea in parricidas statuit Pompeius, primusque ita perit Malleolus, ut inibi docet doctissimus vir Steph. Pighius. Sed hoc ἐν παράδοξοις (nam ad alia propero) ut & illud quod sequitur. Olim ægros desperatos in viâ ante januas deponebāt, si quis forte prætereuntium, qui tali aliquando morbo laborasset, medelam seiret; Observaveram id ex Isidoro, cum video etiam nobilissimo & doctissimo juveni Francisco Doukæ, amico meo, ad Lucilium animadvertum: sed de origine, quia ille etiam nihil, ego dicâ. Omnis ille mos ab Ægyptiis manavit. Clare Strabo lib. III. Τὸς δὲ ἀρρώστους, ὡσπερ οἱ Αἰγύπτιοι τὸ παλαιὸν, περιπέσασιν εἰς τὰς οὐδὰς, τοῖς ἀπαιεστέροις τοῦ πάθους ὑποθήκης χάριν. Similis ferè consuetudo Iberorum qui parvulos, de quorum vitâ respondebant animū, ostiatim circumtulisse memoratur, & remedia à similia passis quaesivisse. Rufinus Historia Ecclesiastica lib. 1. cap. x. *Mos apud eos esse dicitur (nempe Iberos) ut cum parvulis ægrates, circumferatur à matre per singulas domos, quo scilicet, si quis experit aliquid remedii noverit, conferat laboranti.* Sed aliò sermonem vertam. Græci veteres vetè illam, quâ induci sacris operarentur, ἱεράν ἐδῆτα, appellabant. Liqueat ex Oratione Demosthenis κατὰ Μιδίου. Τῶν γὰρ ἐδῆτων τῶν ἱεράν, (ἱεράν γὰρ ἐθαγαγε κομίζεσθαι σπασσὴν ἀν πρὸς ἐνεκτῆς τῆς ἐορτῆς παρὰ σκούαζήτων, τέως ἀν χηρσῶν) καὶ τὸς σφράνω τὸς χηρσῶς, ὅς ἐποισσάμην ἐγὼ κόσμον τῶ χηρῶ, ἐπεβύλασεν ἡμᾶνδρες ἀδυνατοῖσι διαφθεραί μου. Et hæc eadem est, cujus meminit Iuliodorus αἰθιοπικῶν lib. v. Ἡ χαλεπὴ δὲ μετημοσίασεν

ἑαυτὴν ἐνδεμένη μὲν περὶ τὸς τε θεμούς, καὶ τὰ σέμματα, καὶ τὴν ἱερὰν ἐδύηται. Quam etiam ἱερὰν σολὴν vocat lib. 1. Τὴν γὰρ ἱερὰν σολὴν καὶ τὰ σέμματα μεθεῖναι καὶ δυσχερῶς, δεινὸν καὶ ὑπερμετὸν ἰσθίται: Item Vestius Valens lib. Floridorum, ubi de Mercurii naturá. Alios præponit auctioribus, alios sectores facit, alios qui venales operas habeant, itemque ostentatores, saltatores, publicarum munerū aut satellitū præfectos, vestit multos deorum sacris stolis, multisque regium factum inserit. Malim, regium fastum inserit.

## Cap. x x i v.

Ἐπακτεία χώρα. Ἐπακτείδες πόλεις. Suidas & Etymologici auctor emaculati. Συνοικία, festum à Theseo institutum.

**T**Ranseo ad Suidam, in quo lego Cecropē Athenienses per vicus & montes dispersos in undecim civitates redegisse, & ex earum octo duas tetrapoles fecisse, reliquas tres ἑπακτείδας, regionemque ἑπακτεϊάν vocavisse. Verba ejus hæc sunt. ἑπακτεία χώρα. Κατὰ τοὺς πάλαιους χρόνους κομηθὸν οἰκοῦντας τοὺς ἀθηναίους ὁ Κέκροψ συναγαγὼν, κατώκισεν εἰς φύλας β', καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἑπανομιάν ἀφ' ἑαυτοῦ κεκροπϊάν ἀφ' ἑπιπέδου. δύο δὲ τῶν πόλεων ἐκάλειεν ἐκ τῶν τετράγων πόλεων ἑκατέραν τείραν καταστήσας, τρεῖς δὲ λοιπὰς ἑπακτείδας ὠνόμασε. καὶ ἡ περὶ τῆς χώρας τῆς τῶν τειρῶν ὀνομασίαν αὐταῖς ἑπακτείδας ἐκαλεῖτο. Emendo primam, ἑπακτεία χώρα, &c. Deinde, κατώκισεν εἰς πόλεις τὰς. Convincūt sequetia, ubi ad duarum tetrapoleōn mentionem ita ait. τρεῖς δὲ λοιπὰς ἑπακτείδας (scribo ἑπακτείδας) ὠνόμασε. Appar-

bit

bit, quoque ex Stephani verbis quæ postea citabo. Postremo legendum. ἐκ τῶν τετράγων πόλεων ἑκατέραν μαῖραν καταστήσας, &c. ἀμυνόμενος αὐταῖς ἑπακτεία ἐκαλεῖτο. Ecce tibi, tanquam speculum, Etymologicographi locum huc pertinentem. Ἐπακτεία χώρα. Ἀθηναίους πάλαι κομηθὸν οἰκοῦντας ἑπιπέδου Κέκροψ συναγαγὼν εἰς πόλεις δυοκαθεκκα. καὶ τῆν τῶν πολιτῶν ἑπανομιάν ἀφ' ἑαυτοῦ κεκροπϊάν ἀφ' ἑπιπέδου. δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλειεν, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας, τρεῖς δὲ λοιπὰς ἑπακτείδας ὠνόμασε. καὶ ἡ περὶ τῆς χώρας τῆς τῶν τειρῶν ὀνομασίαν αὐταῖς ἑπακτεία ἐκαλεῖτο. Sed & heic vitiose ἀποκατεία est, cum ἐπὶ ἀπὸ δεβeat describi. Ex his verò undecim Cecropis urbibus, unas Athenas Theseus fecit, atque ἄσω nominavit. Cicero lib. 11. de Legibus. Ut vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in ἄσω quod appellatur, omnes se conferre jussit, &c. Instituit præterea in perpetuam ejus rei memoriam festum Συνοικία appellatū. Stephanus in Ἀθήναι. Ὁ Θησεὺς τὰς ἐνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ συνοικίους εἰς Ἀθήνας, συνοικία ἐαρήθη. καλεσθήσεται.

## Cap. x x v.

In Zonis ferri pecuniæ solitæ; Item in tabellis. juvenalis, & Constantinus περὶ θεμάτων illustrati. Saccularii. Saccus. Σακκίον. Σακκίλιον. Μαρτύρια. Κιβώτια. Hesychius emendatus. Nummi aurei in eburneis tabulis, argentei in ligneis portari soliti. Pauperum pecunia in manticiis adservata.

**C**onstantinus περὶ θεμάτων cap. 2. ubi de insigni malitiâ Cappadocū agit, epigramma hoc refert.

Καὶ παύσει φαῦλοι μὲν αἶσι, ζώνης δὲ τυχεύει,  
 φαυλότεροι κέρδους δ' εἶνεκα φαυλότατοι.  
 Ἡ γὰρ ἄρα δὲς καὶ τρεῖς μεγάλης δρᾶξονται ἀπῆνης,  
 Δὴ τόση ἤλιγονται φαυλοπιφαυλότατοι.  
 Ubi loci cur dicat, ζώνης δὲ τυχεύει φαυλότεροι, non  
 omnes arbitrari animadvertere. Sciendum autē ve-  
 teres in Zonis pecunias gestasse, unde etiam iu-  
 venalis capiendus Sat. xi v.

— infelix, ac forsitan ipsa  
 Nocte cadit fractis trabibus fluctuque premetur  
 Obrutus, & Zonam hanc à morfuque tenebit.  
 Plautus Mercatore, Sc. *Dixom* atque hominum.  
 GR. Ζονᾶν *fustuli*.  
 EV. *Eam rem nunc exquirat iustus.*

Item Pomulo; Sc. *Am. tu.*  
 MI. *tu qui Zonam non habes,*  
 Quid in hanc venistis urbem, aut quid queritis?  
 Item Truculento, Scenâ extremâ.  
 ST. *Ubi est quod tu das, solve Zonas.*

Sed rei ejus quam profero fide dignos dabo testes.  
 Aristophanis Scholiastes βατράχοις. Τὰ βαλάντια ἐν  
 ταῖς ζώναις ἀπρωρημένα φέρουσι ἀνδρωποῖ. Suetonius  
 in Vitellio Cæsare. *Cum deserta omnia reperisset, di-  
 labentibus etiam qui simul erant, Zonâ se aureorum  
 plenâ circumdedit.* Gracchus è Sardinia redux in Ora-  
 tione ad populum, apud Agellium lib. xv. cap. xi i.  
*Itaq; Quirites, quum Romam profectus sum, Zonas  
 quas plenas argenti extuli, eas ex provinciâ inanes re-  
 tuli.* Ælianus. Καὶ πως τῶ ζώνῃ ὡ χρυσίῳ ἐπίχρητο  
 ὁ ἔξενος, ὁ πανδοκῆς ἐδεάσατο, καὶ παραχρημα ἐποφθαλ-  
 μιᾷ. Apuleius Miles. vi i. *Pretiosissimis monilium, &  
 auro monetali Zonis refertis incincta, inter ipsas custo-*  
 dien-

*dientium militum manus, & gladios nudos intrepida,* &c. D. Marcus Euangelista, cap. v. Καὶ παρήγει-  
 λεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἰρώσωνεῖς ὄδον, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον·  
 μὴ σπῆραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τῶ ζώνῃ χαλκόν. Et huc  
 pertinet proverbialis versus iste.

Ζώνη καπέισα τὴν ὄδον λύει τάχῃ.  
 Hinc Sætor Zonarius apud Plautum Trinummo  
 Sc. *Huic ego diei.*  
*Ne illic homo sit aut dormitator, aut sætor Zo-*  
*narius,*

qui Græcè βαλανποτόμος, Asconio Saccularius, in  
 Commentario ad Orationem contra C. Antonium  
 & L. Catilinam competitor. nam Saccus idē quod  
 marsupium. Sic in jure nostro ff. lib. xlv. i. tit. ii. de  
 Furtis. Lege xxi. *Si is qui viginti numorum saccum  
 deposuisset, alium saccum, in quo scit triginta esse, &c. De-  
 inde. Sed & si quis subripuit furto duos sacculos, &c.*  
 Item lege lxxv. i. *Qui saccum habentem pecuniam  
 surripuit, furti etiam sacci nomine tenetur, quamvis nō  
 sit ei animus sacci subripiendi.* Græci quoque Σακκίον  
 appellant. Aristophanes Θεομοφοειάζουσαις.

Σακκίον, ἐν ᾧ ὡσπερ τ' ἀργύριον ταμιεύεται.  
 Etiam Σακκέλλιον, unde Σακκελλᾶειος, quod respō-  
 det τῷ Saccularius Asconii, Suidas. Σακκέλλιον βα-  
 λάντιον, μαρσίπιον. ἐξ ἧς σακκελλᾶειος. Et alibi. Μάρ-  
 σιπτος. σάκκιο, δυλάκιον. σακκέλλιον. Sed ad Zonam re-  
 vertor. Non in eâ tantum pecunias habebant, ve-  
 rum etiam in tabellis: nam tabellarum duo erant  
 genera, in his duntaxat scribebant, & μαρτύρια δι-  
 cebantur: in aliis pecunias quoque ut dixi portabāt,  
 & κιβώτια appellabantur. Harpocration in Lexico  
 decem Rhetorum. Δίττα ὡ γεωμετρίδια οἷς ἐχρῶν-

το ἀθηναῖοι, τὰ μὲν ὡς γράφειν μίγον τι ἐν αὐτοῖς, τὰ δὲ ὡς κ' ἀργυρίδιον κατατίθειναι, ἅπερ κ' κιβώπια. τὰ δ' ἄλλα, μαρτύρεα. Hefychius, Γραμματίδιον, ὅτε μὲν τὸ πινυκίδιον, ὅτε ἕμοιον γλαουκόμοφ. Scribo, γλαουκόμοφ. Sane & ad Romanos ex Græciâ tabularum usus transfatus, qui habuerūt ex ebore & ligno: in eburneis aurum, in ligneis argētum portabant. Colligo ex Martiale, lib. xiv. lem. xxi. *Loculi eburnei.*

*Hos nisi de fulvâ loculos implere monetâ*

*Non decet argentum vilia ligna ferant.*

Sed hoc opulentiores tantū, nam pauperes in maniculis. Feltus. *Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis, etiam nostro saculo fuit.*

### Cap. xxvi.

Mos vetus adnotatus. Quintilianus fortè correctus. Ἀποχαλκίζεσθ. Ἐξαργυρίζεσθ. *Aruscare. Aderare.* Cyrilli Glossarium emendatum.

**I**S fuit veteribus mos, ut vel in extremâ necessitate cōstituti, vel peregrè ituri, facultates suas omnes, aut etiam partem, divenderent, & pecunias ex iis undique colligerent. Clarum rei istius exemplum apud Quintilianum. Declamat. v. quæ est pro patre contra filium. *Tu mihi nunc impotentissime (malim impudentissime) juvenis, tu quæso responde. Quid aliud facere debuerit pater duos redempturus? Cunctas facultates in pretia collegi, (malim coëgi) rus, servulos, penates, & omnia utiliora festinanti properatione parentis addixi, & ultra quam non potest excogitare summus adfectus, nihil senectuti mee, nil dubius casti-*

bus,

*bus, (prò inconsulta pietas!) nihil neque isti reservavi quæ redemptum. Apu. Miles. xi. Jamq, sapicule nō sine magnâ turbatione stimulatus, postremò jussus, veste ipsâ, quamvis parvulâ, distractâ, sufficientem corra-si summulam. Græci id ipsum ἐξαργυρῆν ἐξαργυρίζειν, Ἀποχαλκίζεσθαι vocabāt. Thucydides ξυργεφῆς lib. viii. Οὐδ' ἦν δὴ τελευταῖων τὴν ἑαυτῶ σρωμνὴν ἐξαργυρῶσσι. Parthenius ἐρωπικῶν ἡ. Ἐν δὲ αὐταῖς κ' Ἡρίππη γυνὴ Ἐάνδρ ἀνδρὲς ἐν Μιλῆτι παρρησίμως, γένεσ τε Ἐπρώτῃ, σκεδῖον ἀπολιπῶσα διετῆς. Ταυτῆς πολλὴν πόδον ἔχον ὁ Ἐάνδρ ἐξαργυρίζετο μέρος τῶν ὑπαρξιάτων, καὶ κατασκευασάμεν χροσὲς χαλκίς, τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιώθη. Latini autē veteres, *Aruscare.* Feltus. *Aruscare, era undique, id est pecunias colligere.* Postea malè audire cœpit ea vox, dictique fuerunt *Aruscatores*, homines impudicij, agrytæ, & mēdici, qui stipem colligebant ostiatim, Ita utitur Agellius lib. ix. cap. i. *Temp nos aspiciens, qui cum seclabamur, Μυθονι, inquit, aruscanti cuspian id genus, & philosophum, sese ostentanti, dari jussit mille nummum. lib. xi v. cap. i. Disciplina istam Chaldaorum tanta vetustatis non esse, quanta videri volunt, neque eos principes ejus auctores q, esse quos ipsi ferant: sed id prestigiarum atque officiarum genus commentos esse homines aruscatores, & cibum quaestumque ex mendacijs captantes. Medio evo *Aderare* dicebant. Glossæ, *Aderat, ἐξαργυρίζεσθαι, ἀποχαλκίζεσθαι.* Item *Aderatio, ἐξαργυρισμός: ἀπαργυρισμός.* *Aderatio.* In Cyrilli Glossario leviter depravato legitur ἐξαργυρίζα, *Adero.* Scribo, *Adero.* Invenio etiam aliquoties in jure nostro. Codicis lib. x. Tit. xxviii. De collatione donatorum. *Indulgentiam***

verò memorata descriptionis & in anteaetum, & in posterum tempus, nō solum in relevatis, verum etiam in donatis, aderatis, translatisque, seu quodcumque aliud nomen nova descriptionis excogitatum est, volumus observari.

Cap. XXVII.

Φῶς ἀγὰθόν. Vincamus. Acclamatio veterum illato lumine vespertino. Incilare. Ammianus pluries restitutus. Tacitus bis. *Ara.*

**V**arro ait veteres illato lumine vespertino φῶς ἀγὰθόν exclamare solitos. Ita habent ejus verba lib. v. de L. L. *Diei principium Manè, quod tum manat dies ab Oriente; nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum: ad cuius religionem Græci quoque, cum lumen adfertur, solent dicere, φῶς ἀγὰθόν.* Nec absimilis plarè Hispanorum mos, qui Vincamus exclamabant; puto innuentes se vincere velle tenebras claritate luminis, Ammianus commemorat lib. xvi. *Malignitate simili quidem agens in rebus in Hispaniâ, ad cenam itidem invitatus, cum inferentes vespertina lumina puerus exclamasse audisset ex usu, vincamus, interpretatus atrociter delevit nobilem domum.* Sed quoniam in Ammianum incidi, pergam eum emendare aliquot locis. Lib. xiv. *Namque & Isauri, quibus usitatum est sæpè pacari, sæpèque inopinis cursibus cuncta miscere, &c.* Scribo, sæpè palare. Sectione v. *Alii summum decus in carnicis solito altioribus, & ambitiosa vestium cultu ponentes, sudant, sub ponderibus lacernarum, quas in colli exertâ singulis ipsis adnectant.* Mihi videtur legendum,

gendum, in colli exertâ lingulis spissis adnectant. Ex singulis feci lingulis minutâ mutatione, ex ipsis, verò spissis; resumens ultimam literam vocis præcedentis, deinde p. transposito, & s. geminato. Lib. xv. Sect. iv. *Contemplans diligentius scripta; apicumque pristinorum reliquias quasdam reperiens, animadvertit, tum factū ex priore textu interpellatō longè aliam quam distarat. Silvanus. Scribo, textu interpolato.* Lib. xvii. Sect. vii. *Inter hac tria genera terramotozum Mycematia sonitu audiuntur minorio. Cortigo, Mycetia sonitu, &c.* Hoc aded verum est ut nihil adseritione habeat opus. Porro præcedentia ista mi serè corrupta; inspice, Lector, & videbis: Restituo. *Super hac tria g. r. Alias sensus constare non potest. Super dixit pro Præterea, sicut etiam Virgilius Æneid. 2. in oratione Sinonis,*

*Cui neque apud Danaos usquâ locus, & super ipsi Dardaniæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.*

Facilis verò mutatio I. in f. n in u. t in p. Siquis melius quid excogitabit, dabo herbam. Sect. xiv. *Adeo ut abundè cruore diffuso metus fluminis spumaret tumens. Scribo, meatus fluminis.* Sect. xv. *Erat enim arduum sequi per diversas sparsos imprudentiâ viarum arcente. Scribo, per diversa sparsos.* Lib. xviii. Sect. v. *Ne contra acumina calcitraret, flexit se in blanditias molliores: cōfessusque debitum per colludia in nomen fisci translatus. Rescribo, per colluba sive collyba, vel potius collubia ut sit ὑποκορευτικόν, nè longius à vestigiis vulgatę scripturæ abeam.* Sect. vi. *Non contis, nec remulco, (ut aiunt) id est, non flexiloinis ambagibus, vel obscuris, sed vificatione plenâ in remp. ferebatur: eundemque incitans regem, ut quondam*

*Maharbal lentitudinis increpans Annibalem, posse eum vincere, sed victoriâ mihi nescire. Emendo, incilians regem ut quondam Adharbal lentitudinis, &c. Incilare est increpare, objurgare. Accius Meleagro.*

*Quis erit qui me non sperneus, incilians probri, Sermone indecorans, turpi famâ differet?*

Pacuvius Dulorestes.

*Si quis hæc me oratione incilet, quid respondeam?*

Vide Nonium Marcellum. Sect. VII I. *Quum ego rapido ictu transrem, &c. Scribo, rapido ittu, Sic paullo post quoque Sect. XI I. Hic mixti cum Persis eodem ictu procurrentibus, &c. iterum scribo eodem ittu p. Idem mendi memini etiam alibi infra tollere lib. XXI I. Lib. XIX. Sect. VI I. Et quia per astum aridâ sibi reptantes aquam diu queritando profundum penè vidimus puteum, &c. Rescribo, profundum bene. Bene pro valdè, non infrequens etiam aliis. Transseo ad Tacitum, in cujus Annalium lib. I I. hæc lego. Sola Germanici triremis Chaucorum terrâ adpulit, quem per omnes illos dies noctesque apud scopulos & prominentis oras, cum se tanti exitii reum clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret. Putem scribendum, & prominentis aras, nam Ara dicuntur scopuli. Virgilius lib. I I I. Æneid.*

*Saxa vocant Itali medius que in fluctibus aras.*

Vide magni Scaligeri Aufon. Lect. lib. II. cap. XXI I. Annali. XII. *Quippe Byzantium fertili solo, facundisq; mari. quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius litto- ris flexu, hos ad portus defertur. Libri omnes, vis piscium in Metapontum erumpens. Ex quis verè corrigi posse existimat V. cl. Justus Lipsius, vis piscium*

innu-

*innumera Pontum erumpens. Ego tamè proprius inficiens vestigis istius lectionis divinabâ. vis piscium inmensa Pontum erumpens. Fuerat nimirum vox supinitate libriorû divulsa, & syllabæ ejus duæ posteriores adhæferant principio dictionis sequentis, hinc origo mendi. Atque hanc divinationem vito famâ celebri, Theodoro Cantero, probavi coram, cû nuper festos Ultrajecti apud amicos agens dies, Tacito itineris comite adscito, in eumple locum fortè incidissem.*

### Cap. XXVI I I.

*Arca in carcere. Robur. Capite plectendi lautius habiti. Seneca explicatus, & tentatus. Inscriptiones ædium ad amolienda infortunia. Dominorum nomina in ædibus scribi solita. Mos apud Athenienses. Natorum minimi patres comitati. Apuleius fortè correctus.*

**S**atura erit hoc caput, & impendam quicquid obviam se dabit, nullo delectu: delicatulus quisquis es, qui fastidis, abstine fodes, atque aliud pulpamentum quære. Antiqui in carceribus habebant arcas in quas maleficos includebât. Video id ipsum apud Aurelium Victorem, si is auctor libri de Viris Illustribus, ubi de Attilio Regulo ei sermo. Hæc verba ejus. *Rejettiisque à se conjuge & liberis, Carthaginem regressus, ubi in arcam ligneam coniectus, clavis introrsum actis, vigiliis ac dolore punitus est. Succedit in harum locum Robur; Docet me Festus. Robur quoque in carcere dicitur is locus, quò precipitatur maleficorum genus, quod antè arcis robustis include-*



cludebatur. ut bene emendavit eruditus juvenis. Petrus Colvius. Plautus Curculione, Sc. *Argentariis.*

*Delicatam te hodie faciam cum catello ut accubo, Ferreo ego dico. CA. at. ego vos ambo in robusto carcere*

*Ut pereatis.*

Item Pænulo, Sc. *Quis pultat.*

*quos ego jam detrudam ad molas,*

*Inde porro ad puteum, atq; ad robustum codicem. Capite plectendi arctiore in custodia habebantur, & animi reficiendi lautioribus cibis alebatur. Coligo ex Senecæ epist. xviii. Sepositos ad capitale supplicium non tam angustè qui occisurus est pascit, Qui mos etiamnum apud nos obtinet, nam pridie condemnationis in arctiorem custodiam, Senecæ verbo, seponuntur, ac tum illis, quicquid exigant, exhibetur. Sed quia Senecæ jam facta mētio, libet locum ejus alium ex epist. xxv. proponere, ut mendosus sit nec ne expendamus. Ita habet. *Quid tu singulis articulis singula machinamenta, quibus extorqueantur, aptas, & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? Nonne meliusculè excarnificandi articulatim. si cui probum, gaudeo; sin autem, facilis deliramēti istius jactura. Stultū verò,**

*cūm tot ubique*

*Occurras nugis, peritura parcere charta, ut ille ait. Mos veteribus superstitionibus in ædium frontispicio ad amolienda infortunia scribere. μηδὲν εἰσὶτω χάρον. Observo in vitā Diogenis Cynici apud Laërtium lib. vi. Εὐνόχῃ μὲν χερσὶ ἐπιγράφαντες ἐπὶ τὴν οἰκίαν, μηδὲν εἰσὶτω. Ὁ δὲν κύει, ἐφ. τῆς οἰκίας, πῶς εἰσέλθοι. Et postea. Νεογάμῳ ἐπιγράφαντες ἐπὶ*

*ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ὅτῃ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλινίκος ἐνθάδε κροτοῖ, μηδὲν εἰσὶτω χάρον. E quibus verbis duo preterea disco, & factitatum id à contractis nuptiis, & domini ædium nomē adscribi solitum fuisse. Quod ad infortunii amolitionem, similis ferè Hetruscorum mos, qui incendii averruncandi, ARSE, VERSE, scribebant. Festus ingerit. *Arsē, versē, averte ignem significat. Tuscorum enim linguā ARSE averte, VERSE ignem constat appellari. unde Afranius ait: Inscribat aliquis Arsē versē in ostio. ut rectè legendum Scalliger censet, quò pertinere videtur, eodem monente, illud Plinii lib. xxxi. Etiam parietes inœdiorum deprecationibus conscribuntur. Sanè ab Ethruscā istā voce etiam *Arsē* dicuntur τὰ ἀμνητεία; nam malè est *Arna* in Glossario, ut alibi monui. Apud Philostratum juniorem observo Athenis pueros tertio ætatis anno floribus coronari solitos, qui non alibi temerè legas. Καὶ ὅτ' ἀθήνησιν οἱ παῖδες ἀνδισερέων φερανόνται τῶν ἀνδρῶν τεῖτρω ἀπὸ γυνεῶς ἐτῆ, κρατῆρος τε τῆς ἐκείθεν εἰσάτο, καὶ ἔδυσεν ὅσα ἀδλωαίσις ἐν νόμῳ. Locus est in Iconibus ejus. Filii item minimi natu patrem semper comitabantur. Ibidem. ἐδεξέπειρον δὲ αἰετὸ βάδισμα τῶν πατέρων οἱ νεώτεροι τῶν παιδῶν. Aut nepotes. Lego in Apuleio Mulef. vii. *Decepto (fortè decrepito) semi subsistite, meumque parvulum, ab Inferis ereptum canis meis reddite. Nepos namque meus, & iteneris hujus suavis comes, dum fortè passerem incantantem sepicula, consecratur arripere; delapsus in proximam foveam, qua fruticibus imis subpatet, in extremo jam vitæ consistit periculo.***

Cap.

## Cap. XXIIX.

Chryfologus emendatus. *Angaria. Angario.* Ἀγγαροῦ. Ἀγγαριεύς. Ἀσάνδης. Ἀνάπανλαι *Mansiones. Angustio. Tribulo. Tabellionū,* & bajulorum apud Perfās mos notatus. Sulpitius illustratus.

**C**hryfologus mihi caput hoc explebit, atque maculas porro ejus aliquot turpiores, (nā mitutas illas tædiofum est, parumq; gloriofum,) Critica fpongiā eluam, quantum feftinā lectione fieri pote. Serm. xxv. *Et ne cui forfitan deeffer evectio ad portanda illa que dimittitis, angeriatus est pauper: ferunt pauperes onera noſtra, & volentes ferunt. Corripo, angariatus est pauper.* Sic poſteà Ser. xxv 111. *Angariare hominem ſuis actibus occupatum? & alienam pœnam ſuum ſolatium computare?* Eſt autem *Angaria*, in jure noſtro, injuſta exactio, hinc *Angariare* verbum deflexum, Gloſſæ Iſidori. *Angario, cogo.* Sed eſt Perſarum vox, quibus ἄγγαρος dicebatur regius tabellio, qui etiam ἀσάνδης iisdem. Suidas. Ἀγγαρος. ὅτις ἐπὶ τῶν διπέρων τῶν βασιλέων ἀγγέλος. Deinde. Ἀγγαρεῖ, οἱ ἐν διαδοχίῃ γραμματοφῶρες. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀσάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. Et alio quodā loco. Ἀσάνδαι, οἱ ἐν διαδοχίῃ γραμματοφῶροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἄγγαρεῖ. τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. Sed uſurpabant etiam hanc vocem pro onere, itaque ἄγγαροφῶρεν, onus ferre, ἄγγαριεύειν, ad tale miniſterium compellere dicebant. Inde detorta Latinæ iſta diſtiones quas ſuprà commemoravi. Menander.

ὁ πλεῶν κατ'ὠλέχθη κρείνεις ἔτ' πολέμιος.

εἰδ.

εἰὼν ἔχρη τι μαλακὸν ἀγγαροῦται.

Sed quod ait Suidas ἐν διαδοχίῃς, id obſervatione nō omninō indignum. Perſæ itinera tua in παρασάγγαις dividebant, & tabelliones bajulique, quicumque erant, ut quoſque paraſangas attingiſſent, quieſcebant, & onera tua alius ulterius euntibus per vices tranſferenda committebant. Diſco ex Agathiā lib. 11. ubi de paraſangis Perſarum. Οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἀχοφῶροι ἔχασον παρασάγγην περιωδύντες, τὰτε φορτία τίθενται, καὶ σφᾶς αὐτὸς ἐλάχιον ἀναπαύουσι, ἐτέρων δὲ παν ἀμοιβὰδὸν διαδεχομένων, καὶ καθίσουν τοῦτο δεῶσιν, ἐς τοσούτον τὰς ὁδὸς διαμετρῶνται, καὶ καταπέμνουσι. Etiā Ἀνάπανλαι dicebantur. Sulpitius in vita Martini Turonenſis *Mansiones* appellavit. Igitur deinde digreſſus Bethleem oppidum petii, quod ab Hieroſolymis ſex millibus ſeparatur, ab Alexandria autem ſedecim mansionibus abeſt. Item Auctor Hiſt. Apoſtol. lib. vi. Contra Indos, qui fines Perſidis invaſerant, ſuſceperat bellum, erant que in comitatu ejus ſacrificatores, & arioli, & magi, & incantatores, qui per ſingulas mansiones ſacrificantes demoniis, dabant reſponſa fallacia ſue. Elegans verò metaphora iſta *Ætichyli*, quā in Agamemnone ſuā uſus invenitur.

φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρας πωρεὸς ἐπεμπεν.

Nuntii verba ad Clytæmneſtram ſunt, nuntiantis Ilii captivitatē. Sed ut ad τὸ *Angariare* ſermonē reducā: non infrequens id verbi ſcriptoribus eccleſiaſticis. Simile planē *Tribulare*, quod eſt, tribulo comminuere; quam vocem nō temerē apud quemquam legas claſſicum, ſi Catonem excepias, qui utitur cap. XXI 11. *Si indideris deſrutum, aut marmor, aut*

M

reſi-

*resinam, dies xx. permisceto crebro, tribulato quotidie. Ita enim legendum monui in Notis meis. Cyprianus Angustiare dixit pro eodem, Tract. i. contra Demetrium. Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum.*

## Cap. xxx.

Chryfologus iterum emaculatus  
aliquotiens.

**R**EVERTOR ad Chryfologū. Sermon. LII. *Cum tenuis & aëria natura carnem nesciat, refutet ossa, velut aura spirans orbem totum temporis in monumento. Corrigo, temporis in momento. Sermon. LVII. Intellege unde ubi, homo per deum sis levatus, ut esses in caelestibus stabilis, qui eras lubricus ac semper mutabundus in terrā. Temerè nolim inutare, putem tamē scribisse semper nutabundus, certè ita longè melius. Sermon. LXI. Pater, Filius, & Spiritus sanctus, una deitas, una virtus, una sempiternitas, majestas una: quicquid autem filius minoratur, accipit, nescit, mei est corporis, non substantie suae. Emendo, accipit, crescit. Sermon. LXX. Non quid ille non sit in terrā, sed ut tu per hoc germen esse noveris te caelestem. Melius, caeleste. Ibidem. Ad amoris indicium rex ipse officio functus est advocati, ut preces, quibus responsus erat, ipse distaret. Scribo, resposurus erat. Sermon. LXXI. Lacescit mens, caro desicit ad divino, nisi deus qua fieri jubet, impleat ipse qui jubet. Corrigo, Flaccescit mēs. Sermon. LXXII. Custodivi, & expavit venter meus à voce orationis laborum meorum: & intravit tremor in-*

ossis

*ossa mea, & subitus me commota est virtus mea. Rescribo, & subitissime commota. Sermon. LXXX. Savitia, qua obsedit sepulchrum: perfidia, qua erit mendacium fides, que vendidit inhumanitas: qua dominum suū resurrexisse dolet, non dolet occidisse: Interpunctione sano. p. q. erit mendacium, fidem que vendidit: inhumanitas, quod s. Sermon. xc. Manu teneat, amplectatur gremio, & jam conspicuum mundo: ullis felicibus tradat. Scribo, ulnis felicibus. Sermon. cLV. Hinc est fratres, hinc est quod hodie gentiles deos suos fœditatibus exquisitis, excogitato dedecore, & ipsa turpioris deos suos videndos trahunt, distrahunt, pertrahunt, quos faciunt non videndos. Quis non videt heic tã deos suos malè bis inculcata esse? Scribo, i. turpitudine turpioris videndos trahunt, &c. Ibidem. Hos quã dementiã deos crederent, nisi quia criminum desiderio, amore scelerum possidentur, criminum deos exoptant habere criminosos? Etiam heic tã criminum malè repetitum. Rescribo, possidentur, deos exoptant habere criminosos? Hic subistito, superabant & alia menda, quæ partim non visa, ingentè fatebor, partim etsi visa non libuit annotare, quod nimis ea tenuia putarem; utinam non in paucis talia quædam. Præclare actum mecum putabo, non si laudem aliquam retulero, sed si à culpâ liber evasero.*

## Cap. xxxi.

Exules & peregrinantes ex astris patriæ situm notabant. Æschylus, Ovidius, ac Quintilianus super eâ re explicati. A *seris* *taxu* *alpe* *du*. Proverbium.

**E**Xulum eum olim morem observo, ut patriæ, è qua ejecti essent, situm ex astris observarent, solatioque fuisse, si oculis saltem, cum corpore non possent, eminus usurpare daretur. Ingerit Sophocles ὀδίσωδι Τυράννω,

κ' αὐτὸ πακύνουσ' ἅπαντα τὴν κεινότητα  
 ἄσεισι τὸ λοιπὸν ἐμμετρήμενον ὄχλον  
 ἔφουρον ἔνθα.

Quo loco Demetrius Triclinius vetus ejus interpretes. Οἱ φούροντες ἀειφύγλιαν τοῖς ἄσεισι ἐσημειῖντο ἑαυτῶν πατρίδα. Hinc Æschylus ἰκετῖσι capiendus.

ὑπᾶσεν δὲ τοι  
 μῆχαρ ὀρίξομαι γάμος δύσφρονος  
 φυγᾶ.

Hinc Ovidius Trist. lib. i. eleg. iv.

*Nos freta sideribus totis distantia mensos,  
 Sors tulit in Geticos, Sarmaticosque sinus.*

Nec exulum tantum iste mos, sed etiam peregrinātium. Huc trahi fortè possunt ista Quintilianii Declamat. XIII. *Etiā ratio nostra, quæ sub terris lucrum invenit, quæ maria inquisitione suâ sideribus immiscuit, &c.* Græcorum proverbium, ἄσεισι τεκμαίρεται, hæc ex re ortum. Auctor Proverbiotū. ἄσεισι τεκμαίρεται, ὅτι τῶν μακρῶν καὶ ἐρημῶν ὁδῶν πορευομένων, καὶ ἄσεισι σημανομένων τὰ θεῖσι τῶν πατρίδων. Helychius quoque similiter ἄσεισι σημειῖται interpretatur μακρὰν ὁδὸν βαδίζειν. Atq; hinc intelligi potest, quid sibi velit Synesius in epistola quadam, ubi ita ait. καὶ ἔνθα δὲ μὴ, τὸ λεγόμενον, ἄσεισι τὰ κατ' ἑμᾶς σημαίνονται, μηδ' ὅτι λέγει φήμη πυνδάνετα.

Cap.

Cap. XXXI.

**P**istores quando Romæ cœperint. Mulierum primitus id opus, etiam postea labente imperio. *Panicoctaria. Panificium.*

**B**reviculum hoc caput erit, habebit tamen, ut speret, quo deleat. Olim Romæ pistores nulli, usque ad annum ab v. c. 10 LXXX. sed unusquisque civium pinsebat, quantum sibi suisque usui esset, & erat mulierum opus; postea verò in urbem intrarunt pistores, qui nunc vocabantur *Pinsores*, teste Servio ad Æneid. lib. 1. ut noto in Commentario ad Lycophronem. Verum id esse quod dixi, evincit Plinius lib. XVIII. cap. XI. his verbis. *Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab urbe condita 10 LXXX. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentiū.* Apertè etiā apud Plautum Mercatore, Sc. *Homo me.*

*Nihil opus nobis ancillæ, nisi quæ texat, quæ molat. Lignum cadat, pēs sum faciat, edis verrat, vapulet; Quæque habeat cotidianum familiae coctum cibū.*

Paullò post.

*Ea molet, conficiet pensum.*

Manferunt itaque pistores longo tempore, quoad sub Imperatoribus, collabente paullatim maximo illo imperio, iterum à fæminis fieri panes soliti; Ulpianus l. *Questum est.* 12. *D. de inst. vel instrum. leg. Item fabrum qui villa reficienda causa paratus sit; & mulieres quæ panem coquant, quæque villam servant. & Panicoctaria nominabantur vulgò.* Obler. vo ex Chrysologo Serm. xcix. *Sic dicendo appendit*

(scribo, apprendit) animos auditorum, & attonitos reddit stupore toto, quid regno dei, quid imperio divino valeat comparari: atque illis mente per multa & magna pervagantibus, cæli dominus in hospitio pauperis, in manu panicoctaria mulieris regni sui invenit & format exemplum. Locus verò, ubi opus id factitatum Panificium dicebatur. Glossæ, Ἀρτοποιεῖον, Panificium. Item, Panificium, ποσπανείος.

### Cap. xxxiii.

**Ἀμφιδρομία.** Infantibus nomina decimo die imponi solita, & munera missa à propinquis. Sacrificium factum etiam, & convivium agitatum. Οὐξὴν δεκάτιον. Δεκάτιον ἐστίασι. Hesychius correctus. Ἐσχυλὶ Scholiastes falsus. Ὅπτιεία. Ἀνακαλυπτιεία. Hermocratis lepidè dictum.

**D**E Amphidromiâ multis Græcis fermo; & mihi hic erit. Sic de eâ Auctor proverbiorum. Ἀμφοδρωμίαν τὴν πέμπτῳ ἄρῳ ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν, ἐν ἧ ὑποκαθίστανται τὰς χεῖρας αἱ συναφάμενα αἰῶν μαυιάσεως, τόδε βρέφῳ παραφέρουσι τὴν ἐσίαν ἰτρέχοντες, καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες ὡς ὅπτι τὸ πλείον πολυπόδας, καὶ σιπίας. τῇ δεκάτῃ δὲ τῆνομα τίθεται. Quem locum ita emendo. Τὸ δὲ βρέφῳ παραφέρουσι περὶ τὴν ἐσίαν ἰτρέχοντες, καὶ δ. π. οἱ προσήκοντες ὡς ὅπτι τὸ πλείον πολυπόδας καὶ σιπίας τῇ δεκάτῃ, ὅτε τῆνομα τίθεται. Nam munera mittebantur eodem die quo imposta nomina, non quinto; id est, ipsâ amphidromiâ, ut refert hæc lectio. Mos autem decimo illo die, convocare propinquos & amicos, tum sacrificare, inde nomen

nomen infanti dare, postremò convivium agitare. utrumque videmus apud Polyænum Strateg. lib. vi. in Iasone; ac de convocatione quidem amicum in istis verbis. Καὶ δὴ ποτε παιδὶς γεννηθέντος αὐτῷ μέλλοντι ὄνομα τίθεσθαι, τὸς ἀρίστους δευσιπλῶν καλέσας, παρεκάλεσε τὸν ἀδελφὸν προσεῖναι τῆς ὑποδοχῆς. De sacrificio, & convivio, in sequentibus Μετὰ σπασίης ὅπτι τὸ δεῖπνον ἦλλεθε, καὶ τῷ ἀδελφῷ σπονδῶν κατάρχειν ἐπέμψεν, καὶ κύριον αὐ εἶναι τῆς δεσέως ἔονόμασθε. Παιδίον. Suidas plene, Ἐξ ἧν παιδῶν συγγενωμένων τοῖς ἀθηναίων ἀσείοις, τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτίων ἀπὸ τῆς γένεσως συγκαλεῖσθαι τὸς πρὸς πατέρας καὶ μητέρας οἰκείους, καὶ τὸς ἐγγύτατα φίλους. καὶ παρόντων ἐκείνων τά τε ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι, καὶ καλλιερεῖσθαι τοῖς δεείοις, ἐπειὶ αὐτοὺς χεῖρας τὸς συνελθούσους. Ἰστέον amphidromiæ etiam apud Platonem δεαπίτῳ mentio. Τοῦτο μὲν δὲ, ὡς εἴοικε, μόγις ἐγενήθη, ὅτι δήποτα τυγχάνει ὄν. μετὰ δὲ τὸν τόκον τὰ ἀμφιδρομία ὡς ἀληθῶς ἐν κύκλῳ περιδρεκτέον τῷ λόγῳ. Sacrificium vero illud, ut & convivium, δεκάτῃ vocabatur, & parentes convivium cum exhiberent, δεκάτιον ἐστίασι dicebantur, teste Suida, & cū sacrificarent, δεκάτιον εὐξὴν. Observo ex Aristophanis Avibus.

Ὅυκ ἄρτι εὐξὴν τῷ δεκάτῳ παύτης ἐγὼ;

Καὶ τῆνομ' ἄσπερ παιδίῳ νῦν δὴ ἔθημον.

Et malè profectò apud Hesychium hodiè legitur. Δεκάτῃ εὐξομεν, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν ἐτίθεσαν. Restituo. Δεκάτιον εὐξομεν τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ, ὅτε τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν ἐτέθεσαν. Nec decimo tamen die nomina semper imposta, quin immò etiam septimo aliquando, ut ex Harpocrate & Aristotele ostendi Critici Arnob. lib. i. i. cap. iv. Ex

Plauto cognoscere possumus etiam τῆ ἀμφιδρομία  
sacrificari solitum. Truculento, Sc. *Num tibi nam.*

*Quin diis sacrificare hodie pro puero volo.*

*Quinto die, quod fieri oportet. —*

Ad munerum autem missionem quod attinet, in-  
nuit eam ipsam Terentius in palliata fabulâ Phorm.  
Act. i. Sc. i.

— porro autem *Geta*

*Ferietur alio munere, ubi hera pepererit.*

*Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies.*

*Ubi initiabunt, omne hoc mater auferet.*

*Puer caussa erit mittundi. —*

Æschylus primis Eumenidibus vocat γενέθλιον  
δόσιν.

— ἐν δὲ τῷ τρίτῳ

Λάχει, θελήσεις, εἰ δὲ πρὸς βίαν τινὸς

Τιτανίς, ἄλλη παῖς χθονὸς, κατέξετο

Φοίβη, δίδωσιν δ' ἢ γενέθλιον δόσι;

Φοίβη. τὸ φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρ' ἄνυμον.

Quo loco fallitur Scholiastes, qui τὸ ὀπθήειον in-  
terpretatur. Sed longè alia erant τὰ ὀπθήεια, videli-  
cet, τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπθείοις δίδόμενα δῶρα τῆ νύμ-  
φῃ. ut Callimachi ait vetus Interpres; Nonnus Διο-  
νυσ. lib. v.

ἡφαίστου σόφρον ἔργον, ὅπως κάμει κυπρὸς γενεῖν,

τοξευτήρῃ ἔρωτ' ὅπως ὀπθήειον εἶν.

Etiam ἀνακαλυπθεία dicebantur. At ἀνακαλυπθεία  
(quoniam in eorum mentionem incidi) vocabatur  
tertius à nuptiis dies, quo se nova nupta videndam  
præbebat. Harpocraton. Ἀνακαλυπθεία, δῶρα δίδο-  
μενα ταῖς νύμφαις παρὰ τὴν ἄνδρα καὶ τῶν οἰκείων, καὶ  
φίλων, ὅπως τὸ πρῶτον ἀνακαλυπθῶνται ὡς δεσφῆναι  
τοῖς

τοῖς ἀνδράσι. Huc pertinet lepidum dictum Hermo-  
cratis, qui uxorem duxerat deformē, quod est apud  
Philostratum lib. i i. in vitâ Antipatri. Ὅτε δὲ καὶ τῶν  
ἐπιπιδείων ἐρομένῃ πρὸς αὐτὸν πότε ἄρτι τὰ ἀνακαλυπθί-  
εια, ἀσεβότατα ὁ ἑρμοκράτης, ἐγκαλυπθεία μὲν εἶν, εἶση,  
τοιαύτω λαμβάνων. Vide præterea de anacalypteriis  
Suidam, & Iul. Pollucem ὀνομαστικῆ lib. i i i. cap. i i i.

Cap. xxxiv.

Mos vetus. *Sufflamen. Sufflaminare.*

Hieronimus emendatus.

**M**Os veteribus, si de clivo carpento descende-  
rent, rotas retinaculo aliquo, ne præcipientes ruc-  
rent, coercere. Videmus apud Ammianum lib. xv.  
*Descendentes cunctantibus plantis homines, & ju-  
menta procidunt, & carpenta: idque remedium ad ar-  
cendum exitium repertum. solum, quod pleraque ve-  
hicularum vastis funibus illicata, ponē cohibente virorum  
vel bouum nisu valido, vix gressu reptante paullo tutius  
devolvuntur.* Id autem retinaculum *Sufflamen*, di-  
cebant. Glossæ. *Sufflamen, τες χῶν ἀγκυρίων, βοήθεια,  
κρίσιμα ἀμάξης.* Iuvenalis Sat. vi i i.

*Præter majorum cineres atque ossa volucris*

*Carpento rapitur pinguis Lateranus, & ipse*

*Ipse rotam adstringi multo sufflamine Consul.*

Quo loco Interpres ejus vetus. *Sufflamen, vinculum  
ferreum, quod inter radios mittitur, dum clivum de-  
scendere cœperit rheda, ne celeres rota sequantur, &  
animalia vexent.* Prudentius *ψυχμαχία.*

— tunc & verriigo rotarum

*Implicat excussam dominā, nam prona sub axem*

*Labitur, & lacero tardat sufflamine currum.*

Hinc *Sufflaminare*. Seneca in Ludo de morte Claudii. *Aliquando Ixionis rotam sufflaminandam*. Hieronymus in epistolâ ad Pammachium, de erroribus Ioannis Hierosolymitani. *En Lysias noster, en Gracchus, & ut aliquid de neotericis inferam, Q. Ateius, qui ingenium in numerato habebat, ut sine monitore tacere non posset. De quo egregie Cæsar Augustus, Quintus, inquit, noster sufflaminandus est. Legit quidam mihi olim amicus, Q. Aterius, deinde, sufflaminandus est*. Expressit ecce de isto Senecæ Controvers. lib. iv. in Proæmio. *Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque divus Augustus optime dixit. Aterius noster sufflaminandus est.*

### Cap. xxxv.

*Sol Iovis oculus* appellatus. Hesiodus.

Κερδῶ. Apulcius restitutus.

**A**It Hesiodus lib. 1. ad Persam fratrem.

πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, κὶ πάντα νοήσας.

In quo carmine etſi Διὸς ὀφθαλμὸς simpliciter pro Iovis oculo accipi debere videatur, quomodo etiâ Sophocles dixit,

Ζεὺς ὃς πάντα ἔφορᾷ κὶ κρατύνει.

Possis tamen non ineptè de sole interpretari, si quidem is veteribus *Iovis oculus* dictus fuit; unde & Ægyptii osirin designantes, quem solem esse asserere volunt, in sceptro oculum representant. Ejus rei testis Macrobius Saturn. lib. cap. xxi. *Osirin Ægyptii, ut solem esse asserant, quotiens hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, insculpunt sceptri, inque eo spe-*

*eo speciem oculi exprimunt, & hoc signo Osirin monstrant; significantes hunc deum solem esse, regalique potestate sublimem cuncta despiciore: quia Solem Iovis oculum appellat antiquitas. Conjecturam præterea hanc meam de Hesiodi versu juvat, quod Apollo πάνδερος appellatur ab Orpheo in Hymnis.*

Ὁ ἥλιος Ἀπτεῖς ἢ ἔκρηβιλος φοῖβε κραταίε,

Πάνδερος, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάστων,

Ἡλίο, χρυσεόισιν ἀξέμενος περὺ γωσιν.

Aristophanes Νεφέλαις appellat ὄμμα αἰδέρες, nam veteres Iovem esse atherem crediderunt.

ὄμμα γδ αἰδέρες ἀ-

κίματον σελαργίται

μαρμαρέασιν ἐν ἀνγαῖς.

Scholiales. Ἐοικε λέγειν τὸν ἥλιον. ἐπεὶ γδ οἱ τετρακτὸς εἰσώσαν ὀφθαλμὸν ὀνομάζου αὐτὸν, τοιαύτη δόξα ἐστὶ παρὰ φιλοσόφοις ὄμμα αἰδέρες καλεῖν τὸν ἥλιον. *Lego in Apuleii Miles. 2. Nam die quâdam, cum frequentis populi circulo septus, coronæ circumstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine negotiator accessit, eum diem commodum peregrinationi cupiens. Quæ verba, si quid judico, malè distorta, & luxata; itaque restituo. f. donaret, negotiator quidam nomine Cerdo accessit. Quamvis enim omnes negotiatores fraude agant ut lucrentur, hic tamè quia optime istam artem calleret, & reliquos id genus homines facilè antecelleret, κατ' ἐξοχῶν est Cerdo appellatus, quod astutiâ planè vulpinâ polleret, & vulpes Κερδῶ Graecis est. Etymologici Auctor. Κερδῶ, ἢ ἀλώπηξ, ὡς παρὰ Εἰσοθέα Εἰδῶ, ἔτω καὶ παρὰ τὸ κερδαλέα ἢ ἀπατητική, γίνεται κερδῶ ὑποκοιτικῶς. Suidas. Κερδῶ ὑποκοιτικῶς ἢ ἀλώπηξ, ὡς εἰσοθέα, εἰδῶ, ὑψιπύλη, ὑψῶ. Et sane mos*

ne mos veteribus animalium nomine homines promorum similitudine nuncupare. Ita homines asperi & feroces à Græcis ὄφεις, à Latinis *Scorpiones* appellabantur, ut ex Stephano, Eustathio, Apuleio docui in Commentario ad Lycophronem; Contrà mites & clemètes, *Ovicula*, ut ex Auctore de Viris illustribus. Invenio porro etiam in vet. Inscript.

M. CLAUDIVS  
CERDO.

Item in aliâ.

L. VITRVVIVS  
L.L. CERDO  
ARCHITECTVS.

Atque hæc mea de Apuleiano isto loco sententia, quam si viris doctis probavero, erit cur gaudeam; sin autem spe excidam, conatum tamen nostrum illi ipsi nihilominus laudabunt.

Cap. xxxvi.

Tyrtæus poëta ab Atheniensibus missus in auxilium Spartanis. Re profligatâ carminibus recitatis militum animos accendit, & vincit. Carmina ejus illustrata. Mos antiquus indicatus.

**T**YRTÆUS poëta Atheniensis claudus fuit, quem olim Athenienses Spartanis auxilium contrà Messenios rebellantes petentibus in contemptum eorum miserunt. Hic tribus præliis fusus eò utque rem omnem Spartanorum dejecit, ut ad supplementum exercitus servos suos manumitterent, iisque inter-

interfectorum matrimonia pollicerentur, ut non numero râtum amissorum civium, sed & dignitati succederent. Cumque reges Lacedæmoniorum, ne contrà fortunam pugnando majora civitati detrimenta adferrent, exercitum reducere vellent, intercessit, & carmina composita pro concione recitavit, in quibus virtutis hortamina, damnorum solatia, & belli consilia perscripserat. Itaque tantum ardorem militum animis iniecit, ut non de salute sed sepulturâ solliciti, tesseras insculptis suis & patrum nominibus dextero brachio alligarent, ut si omnes adversum prælium consumpisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturæ possint. Reges ita animatum exercitum videntes classicum canere jubent, quo facto, tantis animis in hostem impetum fecerunt, ut vix unquam cruentius existerit prælium, victoriâq; potiti fuerunt. Narrat hæc fufè, ut alios taceâ, Justinus lib. iii. Carminis istius tam præclari etiam hodiè fragmenta leguntur, inque iis hi versus.

Αὐτός δ' ἐν πορμάχοισι πεισὼν φίλον ἄλειψι θυμὸν,  
 Ἄσυ τε, καὶ λαὸς, καὶ πατέρ' εὐκλείους.  
 Πολλὰ διὰ σέρροιο καὶ ἀσπίδος ἠμφαλοέσσας,  
 Καὶ διὰ θώρηκος πρόθεν ἑλλημένων.  
 Τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς θεοί, ἠδὲ γέροντες,  
 Ἀργαλέω δὲ πῶδ' ὄρα σᾶσα κέκμηδε πόλις.

In quorum ultimo alludit ad morè Atheniensium, qui in bello occisis in Ceramico extrà urbem sepulcrum de publico constituebât. Ostendit disertè Demosthenes ἐπιταφίῳ. Τὸς ἐν τῷ τάφῳ κειμένους ἀγαθὸς ἀνδρας.



ἀνδρας ἐν τῷ πολέμῳ γεγενημένους ἔδοξε τῇ πολλῇ δημοσίᾳ δάσπειν. Et postea. ὧς μὲν ἂν ἡ πόλις σπουδάζῃ περὶ τῆς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτῶντας, ἐκ τε τῶν ἄλλων ἐστὶν ἰδέσθαι, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν δὲ τῷ νόμῳ, καὶ ὃν αἰρεῖται τὸν ἐρῶντα ἐπὶ ταῖς δημοσίαις ταφαῖς. Laudabant etiam Clemens testis Strom. iv. Καὶ οἱ παλαιοὶ δὲ τῶν παρ' ἑλλησιτῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων τελευτιῶ ἐπαινοῦσιν. & quæ sequuntur. Philostratus lib. i. de vitâ Sophistarū, in Gorgia. Οἱ δὲ ὀπτάφιⓄ ἕ διήλθεν ἀθήνησιν, εἰρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων πεσοῦσιν, οὓς οἱ ἀθωαῖοι δημοσίᾳ σὺν ἐπαινοῖς ἔδαψαν. Harpocratīo. Τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσοντας ἔδαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίαις ἔλεγον. Præterea liberi eorum publicè educabantur; idque ex Solonis constitutione. Diogenes Laërtius lib. i. in vita ejus. Μόνον ἐκείνων τῶν ἐν πολέμοις τελευτήσάντων, ἂν καὶ τοὺς ὑἱὸς δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι.

## Cap. xxxvi i.

Homicidæ à patriâ profugi, idque per annum. Απειναυσμός. Exclamatio in funere, *Non feci*. Cæde cædè vindicare illicitum. Homeri Scholiastes correctus. Cardem iustè perpetratam significare volentes, gladium soli ostendebant. Supplices in foco confidebant. Ovidius illustratus. Εὐρίπαι. Etymologicum magnum emendatum.

Solebant veteres perpetratâ incautè cæde à patriâ profugere, quoad expiati essent. Docet Homeri Scholiastes Iliad. ὦ. Ἐὖτος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος, καὶ

παρὰ γίνεσθαι εἰς πνὸς δικίαν ἀνδρὸς παλοῦν, καὶ καθίξει ἐπὶ τῆς δικίας (legendū ἐσίας, ut infra declarabo.) σὺ κεκαλυμμένον καθαρίων δέομενον. Theon in Paradigmati. Καὶ οὐδὲ τοῖς ἀκαιοῖς φόροις συγγνώμην εἰασαν εἶναι, ἀλλὰ μίξουσι μὲν μείζωνας τοὺς ἐκασίους, τιμωρίαν δ' ἢ κ' ἀκείοις ἐξευρήκασιν φυγὴν τάξαντες, δι' ὧν ἐστὶν ἀποστρεφῆσθαι τῶν τῆς δικίας καλῶν. Apuleius Miles. i. *Defletum pro tempore comitem misellum arenosâ humo in amnis viciniâ sempiternâ contexi. Ipse trepidus, & eximie metuens mihi, per diversas & avias solitudines aufugi: & quasi conscius mihi cadis humana, relicta patriâ & Lare, ultro nemum exilium amplexis, nunc Ætoliâ novo contracto matrimonio colat.* Erat verò id exilium annuum, vocabaturque ἀπειναυσμός, ut pluribus docui in Commentario. ad Lycophronem. Invisi autem magnopere fuerunt qui aliquem occidissent, aded ut etiam suspicionis vitandæ, cum quis elatus esset, paterfamiliâs magnâ vocè coram omni astantium coronâ exclamaret ad sepulcrum, *Non feci*. Observo ex Quintiliani Declamatione xi. *Miser ego nec ad cadavera accessi, nec in sepulcra majorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare, NON FECI.* Et exilio quidem homicidæ multabantur, nam non licebat cæde cædem vindicare. Euripidis Scholiastes. ὀρέσθαι. Νόμος ἦν μὴ δι' ἑτέρου φόνον τοὺς φονεῖς κολάζειν, ἀλλὰ φυγῆ. Qui voluntariam cædem commisissent, iustâ de causâ commissam significare volentes, soli gladium ostendebant. Clarum ex Orestis exemplo apud Euripidem in Tragœdiâ Oreste, ad quam ita annotat Scholiastes vetus. Εἰώθασι οἱ ἀνελόντες τιτὴ δίκαιως, ὡς εἴονται τῷ ἡλίῳ τὸ ξίφος δεικνύναι, σύμ-

βολον τῷ δικαίως πεφρονεκένας. Emendavi autem supra in Homeri Scholiaste ἐσίας, quia mos erat ob eandem commissam profugos in foco confidere. Aristoteles Oeconomic. iv. Τῷ δ' ὑφηρεῖται καὶ οἰκὸς νόμος, καθάπερ οἱ πύδαρῶροι λέγουσιν, ὡς περ ἰκέτιν ἀφ' ἐσίας ἠγμένω ὡς ἠκισα δεῖν δοκεῖν ἀδικεῖν. Apollonius ἀργοναυτ. lib. iv.

Τῷ δ' ἀνεῶ καὶ ἀναυδῶ ἀφ' ἐσίας αἰζαντες

Ἰζανον, ἢ δε δίκη λυγροῖς ἰκέτησι τέτυκται

Scholias. Νόμος ἐστὶ τοῖς ἰκέταις, ὡς αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐσίας καθυμένους μὴ φθέγγεσθαι. Parthenius Ἐρωτ. xviii. Ἐν δὲ καὶ ἡ Νέαμα δέισασι τὸν Ὑψικρέοντα διέπλευσεν εἰς τὴν Νάξον, καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ἐξήτει ὁ Ὑψικρέων, ἰκέτις προσκαθίζετο ἐπὶ τῆς ἐσίας τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ. Agnoscō & eundem morem apud Auctorem proverbiorum. Ἀλκίσις δὲ καταφεύγει εἰς φρεῖς πρὸς ἀδμητον ἀνέψιον αὐτῆς, καὶ καθεζόμενος ἐπὶ τῆς ἐσίας, οὐκ ἐβέλετο ἀδμητον ἀκᾶσφ' ἐκδοτῶν ἐξαυτῶν δούναι. Et apud Nepotem in Pausaniā. *Fanum Neptuni est Tanari, quod violari nefas putant Graeci, eo index ille confugit, in arā confedit.* Erat verò in foco ara propter quā sedebant, quæ etiam ἐσία dicebatur. Hinc intelligendus Thucydides. Ὁ δὲ γυναικὸς ἰκέτης γινόμενος δίδασκεται ὑπὸ αὐτῆς τὸν παῖδα. σφῶν λαβῶν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἐσίαν. Et Ovidius Ponticorum lib. i. eleg. i.

*Vidi ego linigera numen violasse fatentem.*

*Isidis, Isiacos ante sedere focos.*

ubi similiter ἐλληνικῶς Focus pro arā in foco existente. Qui ita supplicarent ἐδρίται nuncupabantur. Etymologici auctor. Ἐδρίται, οἱ οἰκίται (scribo ἰκέται) ἀπὸ τῆς καταφεύγειν εἰς τὴν ἐσίαν.

*Habe & quartum huius librum, mi Lector antea quidem vulgatum, sed sparsim, & loco alienore, nec sub hoc titulo. Rejeci enim omnia quæ ad Criticum non propriè pertinebant, & in hunc ordinem fascemque redeg. Hoc volebam nescius ne esses; nunc ad reliquam lectionem te dimitto.*

IOANNIS MEVRSI

## ANIMADVERSIONVM

MISCELLARVM

LIBER IV.

Cap. i.

Augustinus correctus passim.

**V**erè dictum ab illo, ἡ ποιικιλία τερπνόν. Id Verò ego experior, libetq; paululum excurrere; & quamvis ad Arnobium nihil, non profus tamè fore inutilia quæ proponam spero. Mendæ sunt insigniores aliquot in Augustino de Civitate Dei, quas tollo. Lib. i. cap. ii. *Apud hunc ergo, Virgilium nempe, Juno inducitur infesta Trojanis, Aolo ventorum regi adversus eos irritando dicere. Ista duo verba, Virgilium nempe,* glossèma esse tam mihi certum, quam me vivere. Ibidem. *Sed hæc Juno dicebat, velut irata mulier quid loqueretur ignorans.* Aut fallor, aut τὸ mulier aliquis malè feriat-

tus adjecit. Lib. II. cap. V. *Proinde talis mater deum, qualem habere matrem puderet quemlibet etiam pessimam virum, Romanas occupatura mentes quasivis optimum virum, non quem monendo & adjuvando faceret, sed quem fallendo deciperet.* Mutilus locus, supplendum putem. *adjuvando prudentem faceret: aut tali modo.* Senfus tanè exigit. Lib. III. cap. V. *Nam & ipsi Romani antiqui in supro detectus Vestales sacerdotes, vivas etiam de fodiabant: adulteras autem foeminas, quamvis aliqua damnatione, nullà tamen morte plectebant: usque adeò gravius quae putabant adyta divina, quam humana crubilia vindicabant.* Locus insignis, sed insigniter mutilus, & vindice dignus. Suppleo ex veteri codice meo cuso Basileæ anno MD. CCCC. LXXXIX. usq; adeò gravius severiusque vindicanda putabant a. d. & c. Et ea genuina Augustini lectio. Cap. VIII. *Ceterum alia defendenda ferius sunt redire commoniti.* Vet. Cod. *ad alia.* Plenius, melius, & necessarid. Cap. XIV. *Quomodo ergo alterius matris, alterius civitatis, inter se armorum potuit esse certamen.* Lego, *alterius filia civitatis,* Loquitur de impietate belli quod Albanis Romani intulerant. Filiam urbem, Romam intelligit: matrem autem, Albam. Sic paulò antè. *Nam & hoc plus quam civile bellum fuit, quando filia civitas cum civitate matre pugnavit.* Deinde. *Urbs tamen illa Ascans regnum, & tertium domicilium Trojanorum deorum, ab urbe filia mater eyersa est.* Et ita emendaveram, cum totidem verbis in Vet. Cod. repperi. Cap. XVI. *Nam Junius Brutus ex honorum ejecit urbe collegam L. Tarquinium Collatinum.* Lego ex V. C. *ex honoratum ejecit.* Cap. XVII. *Quam misera fuerit illa respública*

*blica tam longà atate per tot annos usque ad secundum bellum Punicum, bellis forinsecus inquietare non desistentibus, & intus discordiis seditionibusque civilibus à Salustio breviter intimatum est.* Si quid iudico, tria ista, per tot annos, interpretamentum sunt precedentium verborum *tam longà atate,* itaque delere non dubitaverim. Postea. *Neque enim gravius (vel graviora) dicimus authoribus eorum, & stylo & otio multum impares.* Duo ista, circulis inclusa à me, itidem glossèma existimaverim. Lib. V. cap. XII. *Unde intelligi potest quem finem volebant esse virtutis, & quò eam referebant qui boni erant, ad honorem scilicet. nam mali nec habebant eam, quamvis honorem habere cuperent, quem malis artibus conabantur adipisci, id est, dolis atque fallaciis.* Postrema quinque verba certissimum glossèma sunt. Lib. VII. cap. XIII. *Quid est enim Saturnus? Unus, inquit, de precipuis deus, penes quem sationum omnium dominatus est.* Emendaveram, *de precipuis deus,* cum in V. C. *de principibus,* invenio. Hic desino, aliàs plura, volente Deo, cum erit animus & orium melius de eo merèdi. Interim hæc habe, iisque te, si fortè oblecta.

## Cap. I I.

*Pelagè. Pantices. Hiascere. Catullus, Glossæ, Apuleius, & Fulgentius restituentur.*

**V**oluptati mihi hic error, nec finit in viam redire, itaque sedet alterum caput hoc extrà ordinè subtexere, in quo saltuatim, & velut per saturam, authores aliquos emendare aggrediar. Classè in ter eos mihi ducet Catullus. Carm. LXIV. de Atyde.

*Rapidum salum tulistis, truculentaque pelagi.*  
 Lego, *truculentaque pelagè.* Accusativus Græcus ut  
 sit, Lucretio usitatus lib. v.

*Propter Atlanteum litus, pelagèque severa,*  
 Et vi.

*At pelagè multa, & latè substrata videmus.*

Glossarium. *Panceps*, ἐλαϑ ἰλιώης ἐπιτερχήλις. *Le-*  
*go*, *Pantex*, ἐλαϑ ἰλιώης ἐπιτερχήλις. Deinde. *Pati-*  
*ces*, ἐλαϑ ἰλιώων ἐπιτερχήλις. Scribo, *Pantices*. Festus.  
*Pantices dicebant frus ventris* . . . . . ap-  
*pellat à quo* . . . . . Habereinus illa  
 plena, indubiè hauriremus quæ huic loco lucem.  
 Apuleius Miles. i. *Et lagena juxta orificio-cessim de-*  
*hiscente patescens, facilis hauritur.* Ita emendavit in  
 partem felicissimè magnum ævo suo Italiae lumen  
 Philippus Beroaldus. Ms. Ro. *officio cessi in deascen-*  
*to.* Bahlar. *orificio cessi in de ascen-*  
*to.* Lego, *cessim de-*  
*hiscente.* Item Apologia. *Quin ergo dicitis eadem*  
*operà precio impensò per plurimos piscatores quasi*  
*de littore conchulam struatam, testulam habentem,*  
*calculum teretè.* Doctilis. Ste wechius, *testulam hian-*  
*tem.* Lego, *t. hiscentem.* Nam veteres non tantùm  
*Hisco*, sed & *Hiasco* dixerunt, Cato de Re Rust. cap.  
 xii. *Confibulus ligneas, qui arbores comprimat, si dis-*  
*hiscent, & cuneos sex.* Cap. xvii. *Ibi dum sunt nu-*  
*ces bims, inde semen excidet, & amicula, ea ubi pri-*  
*imum incipiunt hiscere, tum legi oportet.* Fulgentius  
 lib. de Allegoria Virgili, quem ad Heraclidæ Pon-  
 tici imitationem scribisse videtur. *Nam ecce ad me*  
*etiam ipse Ascrae fontis bracteamento saturior adve-*  
*nit.* Lego, *Fontis bracteamento.* Similiter Apuleius  
 alibi. Postea. *Ut dicere caperam, mox ut terram tan-*  
 git,

*git, matrem videt, nec agnoscit: plenam designans in-*  
*fantiam: quia partu recentibus matrem videre da-*  
*tur, &c.* Scribo, *quia à partu r.* Deinde. *Zopas enim*  
*Græcè quasi Siopas dictus est, quasi taciturnitas pue-*  
*rilis.* Lego. *Zopas enim.* Ex illo Virgilio Æneid. ex-  
 tremo primo.

*Personat auratâ cytharâ crinitus Iopas.*

Et de hac ipsa re Fulgentius.

### Cap. III.

*Birrus.* Artemidorus, & Isidorus  
 restituti.

**A**Rnobio hic primi libri finis, necdum mihi: dif-  
 ficile enim comprimere luxuriantem stylum.  
 Adtexam itaque, nec autoris nostri ingratis, tria ca-  
 pita ad numerum Gratiarum, quæ benignè me re-  
 spiciant in omni hac seriptione. Mendum est in istis  
 verbis Artemidori Ὁ ζρορηλικῶν lib. ii. cap. iii. χλα-  
 μὸς δὲ, ἢν ἐνιοι μανδύω, οἱ δὲ βίρηιον καλῶσι, ἐλκίην ἢ σε-  
 νοχωρίαν, ἢ τοῖς δικαζομένοις καταδύλω μαντεύεται. Re-  
 scribo, οἱ δὲ βίρηιον καλῶσι. Nam dicebant βίρηϑ, βίρ-  
 ϑον, & βίρηιον. Suidas. βίρηϑ, ἰμάτιον ῥωμαϊκὸν Glossæ.  
 βίρηϑ, *Birrus.* Isidorus Orig. lib. xix. cap. xiv. *Bir-*  
*rus à Græco vocabulū trahit: illi enim birrum bibrum*  
*dicunt.* Emendo, *illi enim βίρηϑ dicunt.* Nam τὸ bi-  
 brum ex Græcæ vocis iteratione irrepsit. Martianus  
 Capella lib. iv. de Dialecticâ *Univocum est, quando*  
*duarum aut plurium rerum unum nomen est & diffi-*  
*nitio, ut vestis. Nam & birrus & tunica nomen ve-*  
*stis habent, & diffinitionem possunt accipere.* Severus  
 Sulpitius lib. i i i. de vitâ D. Martini. *Hæc charis vi-*  
 dius

duis atque familiaribus mandat tributa virginibus; illa ut rigentem birrum, hæc ut fluentem texat lacer-  
nam. Possidonius de passione Cypriani. Et cum per-  
venisset in locum qui dicitur Sextus, quarto ab urbe  
miliario, exfoliavit se birro, & tradidit carnificibus.  
In colloquiis puerorum quoque, quæ sunt inter Ex-  
cerpta è veteribus Lexicis Henrici Stephani, lego.  
ὁ δὲ δὴ ἦλθον πρὸς τὴν κλίμακα, ἀνέβη δὴ τῶν βαθμῶν  
ἀτρεμά, ὡς ἔδει, καὶ ἐν τῷ περὶ χολίφ ἀπέθηκε βίρρον. Ju-  
venalis *Santonicum cucullum* vocat, Sat. vii. 11.

— quo, si nocturnus adulter

*Tempora Santonico velas adoperta cucullo.*

Interpres vetus, *Id est, birro Gallico.* Et Sat. vii. *Quod  
Graeci coccum, Latini teres birrum vocarunt.* Lego,  
*Latini veteres b. v.* Si tamen veteribus notus. Perffii  
etiam Scholiastes illud, Sat. i.

*Scis comitem horridulum tritâ donare lacernâ.*

Ita exponit. *Scis birrum attritum comiti condonare.*  
Nec omittendus alter Suidæ insignis locus, ex Ar-  
temidori citato adumbratus. Ἐφεστὶς, ἰμάτιον ῥα-  
μαϊκὸν. λέγεται δὲ καὶ μανδύας, καὶ βίρρον. ἀπὸ ἐν ἀνείρω  
βλεπόμενα θλίψεις σημαίνουσιν.

### Cap. i v.

*Funibus agros mensi veteres.* Hieronymus  
illustratus. *Arripendia.* πέλεδες, χοῖν, χοί-  
νισμα. παρασύγης. Etymologici auctor falsus.

**V**eteres agros funibus dimetiri consuevisse per-  
spicuum ex Isidoro Orig. lib. xv. cap. xiv. *Fines  
dicti, eò quod agri funiculis sunt divisi.* Manavit ab  
Hebreis ille mos. Amos Propheta, cap. vii. *Filiis  
tuis,*

*tuis, & filia tua in gladio cadent, & humus tua funiculo  
metietur.* Propheta regius quòque Psalmo lxxvii.  
*Et eiecit à facie eorum gentes, & divisit eis terram in  
funiculo distributionis.* Hinc lucè accipiunt illa Hie-  
ronymi in epistolâ quâdam ad Nepotianum. *Si au-  
tē ego pars domini sum, & funiculus hereditaris ejus,  
nec accipio partem in ceteris tribus.* Funiculum istum  
geometricum *Arripendum* vocabant. Glossarium.  
*Arripendum.* χοῖν, γεωμετρικὸς. Inde quoque om-  
nem illam terram, quam mensi essent fune χοῖνισμα  
dixerunt. Etymologici auctor. Ἐκ γὼν τῆς χοῖνις  
μετεκῶ ἀσπίς, καὶ τὰ μετρήμενα τῶν χοῖνῶν, χοῖνισμα-  
τι ἔλεγον. Sed & *Arripendia* vocantur τὰ πέλεδες,  
ut testatur idem Glossarium. Sic quoque χοῖν non  
tantum funiculum illum geometricum designat,  
verum etiam certam agri portionem continentem,  
ut vult Herodotus lib. i. sexaginta stadia, aut ut  
Plinius lib. v. quadraginta. Hilarius Commentario  
in Psalm. cxxxv. i. i. Σχοῖν, ἀντὶς ἑκατὸν ἑξήκοντα  
στάδια, ἢ ἑξήκοντα ἑξακλιόμενα. *Arripendia* ἑκα-  
κλιόμενα. Respondet verò parafrase Perfarum, ut vult  
Etymologicographus. Σχοῖν, μέτρον οὐκ ἀκριβὲς  
σημαίνει τρία. τὴν πῶαν, ἢ νομὴν, ὡς τὸ, Ἀσωπον βα-  
δύχοινον, καὶ μέτρον περσικόν, ὁ παρὰ πέρισσι παρασύ-  
γης λέγεται. ἀπὸ μεταφορᾶς. Quod tamé falsum, cum  
χοῖν sexaginta stadia, παρασύγης duntaxat trigin-  
ta contineat. Atque de schæno quidem patet ex He-  
rodoto, de parafrase, ex Herodoto itidem, Xeno-  
phonte, & Agathîâ Hist. lib. i. i. cuius ea verba. οὐκ ἔστι  
ὁ παρασύγης, ὡς μὲν ἢ ἐστὶν ἐκεί, ἢ ἐξνοφῶντι, τετα-  
κοντα στάδια, ὡς δὲ νῦν Ἴβηρες καὶ πέρισσι φαδῶν, ἐν ἐνὶ μέ-  
τρῳ τῶν

νφ τῶν εἴκοσι πλεονα. Si Ægyptiorum parasangæ re-  
spondere dixisset, minus errasset, hoc enim verum.  
Ipse alibi testis. Παρσαύγγαι, τὰ τεύκοντα σάδια παρὰ  
πέρους, παρ' Αἰγυπτιοῖς δ' ἐξήκοντα. παρὰ δ' Ἰσοφολλεῖ ἐν  
Ἀνδρομάχῃ ἐπὶ τῷ ἀγγέλῳ λέγεται. Itaque cum Persa-  
rum nihil nisi nomen commune, quod reapse ostē-  
dimus...

### Cap. v.

Symmachus aliquoties corre-  
ctus, Spartaci facinus.

**E**MENDABO aliquot locis elegantissimas Sym-  
machi epistolas, de quibus optimè meriti, viri  
magni, Franciscus Iuretus, Iacobus Lectius, iisque  
nunc nuperè succedaneus Casper Schoppius, juve-  
nis industrius, Lib. 1. epist. 89. *Olim cum res Roma-  
na adorea militaris potita est, Polluces gemini apud  
Viturne lacum prælii secunda vulgârunt.* Scriben-  
dum, *apud Viturne lacum.* Lib. 11. Epist. XLVI. *Ni-  
hil igitur major familia Sparticon equiorem, velim  
quæsitâ facile factum est hanc munificentiam princi-  
pis Lybicarum largitione mutari.* Optimè posteriora  
hæc emendat Iuretus, priora non pari felicitate ab  
eo tentata. Ego corrigo. *Nihil itaque moror fami-  
liam Spartaco nequiorem.* Certè Spartacus celeberrimus  
gladiator (& heic de gladiatoribus sermo)  
fuit, qui effracto Lentuli ludo gladiatorio, fugiens  
cum LXXIV. sociis similis conditionis, dux factus per  
quatuor annos adversus Romanos bella gerēs plu-  
rima loca vastavit, Lib. 111. epist. LXXXI. *Tu verò  
sub hac petitione dum voles reticere, modo ut postea bo-  
nis*

*nis epistolis redimas styli tui ferias. Lego, ut post eâ bi-  
nis epistolis.* Lib. 1v. epist. xx. *Nôstra adhuc institutio  
molitur florem creare, nec imperari potest unico labor.*  
*Itaque inter metum metum & diligentiam, lentus pi-  
gnoris nostri profectus adolescit.* Lego, *inter medium  
metum.* Lib. v. epist. 11. *Vicissitudini autem literariae  
parem diligentia libenter impendo, ut ad officia prom-  
ptius inciteris, cum videas apud memorem scriptorum  
gratiam nō perire. Emendo, apud me tuorum scripto-  
rum g. n. p.* Lib. vi. epist. xvii. *Previdi quem metum  
mea agritudinis vobis fama posset incutere: qua cum-  
soleat supra verum de absentibus proloqui, magnitudi-  
nem periculo meo nefando quidem videtur equasse.*  
*Lego, magnitudinē periculi mei ne fando q. v. a.* Lib.  
ix. epist. LXXVII. *Faciet frequens humanitas, ut sãpè  
alias in Marsos bona Phaacum celebremus.* Lego, *po-  
ma Phaacum.* Nam comparat poma sibi missa cum  
Phaacum pomis, quæ nobilissima olim.

### Cap. vi.

Censorinus, & Petronius  
correcti, & suppleti.

**P**ERSOLVI votum Gratiarum trigæ. At Musæ quo-  
que, ut Ephoro & Eumelo Corinthio placet,  
ternæ, quarum similiter in gratiam tria capita præ-  
mitteremus, in promulside aciei hujus Criticæ milita-  
tura. Atque primum quidem Censorinus in plebit,  
nec solus, sed cum Petronio. Lib. de die Natali,  
cap. 1v. *Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel \**  
*in Ste fuit, pauculis exceptis ab Empedocle dissenfis.*  
Lacunam, quæ è libris suppleri non potuit, ego for-

tassean ab ingenio supplebo, hoc modo. *in Parmenide Melissove fuit.* Nam, quia ferè in omnibus consentiunt, plerumq; conjunctim nominari hos invenias apud auctores: quam conjecturam meam memini olim probare per literas Nobilissimo & Amplissimo viro Iano Doufæ. Eorum de principiis opinionem refert Hermias, διασυρμῶ τῶν ἑξο φιλοσόφων his verbis. Ἄλλ' ἀνδίσανται ἴσθι μέλιος & χυ παρμενίδης, ὅτε μὲν παρμενίδης καὶ ποιητικοῖς ἔπεσιν τὴν οὐσίαν ἐν εἶναι, καὶ ἀίδιον, καὶ ἀκίνητον, καὶ παντὶ ὁμοιον. Transeo ad Petronium, editionis ultimæ pag. 99. *Placebo tibi si me culpam emēdare permiseris. \* Dimissâ cum ejusmodi pollicitatione Chryside, &c. Suppleo, s. m. c. e. permiseris. Vale. Dimissâ, &c. Pag. 75. Itaque Hercules postquam \* manifesta convalescit, Licet trepidās ad me supinus porrigit manus.* Nihil deest, ut hæcenus putatum, cortigo tantùm. *Postquā maris æstus invaluit.* Pag. 54. *Hoc ut infra fiduciam posui, fraudaviq; animum dissidentem, cœpi somnum obruto tuniculâ capite mentiri.* Scribo, fraudaviq; animum dissidentē, Pag. 53. *Tantum omnem scabitudinem animo, tanquam bonarum artium magister, deleret sine cicatrice.* Scribo, scabitudinē. Pap. 8. *Veniebamus in forum deficiente jam die, in quo notavimus frequentiam rerum venalium, non quidem pretiosarum, sed tamē quarum fidem malè ambulantem, obscuritas temporis facillimè tegeret.* Restituo, quarum furem, malè a, &c.

Cap.

## Cap. VII.

Stattus castigatus.

**S**Tatii Papinii poētæ magni Sylvas conlucabo.  
*Inutileſq; falce ramos amputans  
Feliciores inferam.*

Ut ait ille. Castè tamen, verbisq; solennibus veniam, si dei, si deæ, cui illæ sacræ sunt, antè præfatus, porcòq; piaculo factò. Lib. I. in Epithalamio Stella & Violantilla.

*Quis tibi tunc alacri cœlestium munere claro  
Stella dies? quanto salierunt pectora voto?*

Fortè. q. s. p. motu! In Tiburtino Manlii Vopisci.

*Quid te? que mediis servata penatibus arbor  
Tecta per & postes liquidas emergis in auras.*

*Quo non sub domino savas passura bipennes?  
Et nunc ignaro fors an vel lubrica Nais.*

*Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.*

Scribo: *Et nunc ignara.* arborem enim alloquitur. Tangit autem veterum superstitionem, qui credebant in singulis arboribus vivere singulas Hamadryadas, & interire. Lib. II. Epicedio in Glauciam.

— subitas inimica levavit

*Parca manus. quo diva feros gravis exceris ungues?*

Scribo, q. d. f. g. e. ungues? Ibidem..

*Quicquid habent ortus sinem timet. —*

Lego, *Quicquid habet.* Lib. III. in Hercule Surrentino.

*Lustratumque humeris dimitte gerentibus hostem.*

Corrigo, *Instratumque h.* quam emendationem meam, ut soleo, cum ad V. N. Iosephum Scaligerum

rum retuliffem, dixit idem fibi quoque aliquando  
in mentem veniffc. Paullò antè.

——— *deus affluit, arces.*

*Erexitq<sub>3</sub> fuas.* ———

Lego, *deus affluit, a.*

In Laudibus Hetrufci.

——— *vice cuncta geruntur,*

*Alternisq<sub>3</sub> premunt: propriis sub regibus omnis*

*Terra premit. felix regum diademata Roma.*

*Hanc ducibus frenare datum, mox crefcit in illos*

*Imperium fuperis.* ———

Lego,

——— *vice cuncta reguntur,*

*Alternisq<sub>3</sub> premunt. propriis sub regibus omnis*

*Terra. premit felix regum diademata Roma.*

*Hanc ducibus frenare datum. mox ceffit i. i.*

In Vindicis Herculis Epitrapefio.

*Prenfabátque libens, modo quã diademate dextrã*

*Abftulerat. — Repono, diademata d.*

Lib. v. de Afcantii in Prifcillam pietate.

*Que morum caruere bonis, falfoque potentes*

*Laudis egent vera.* ———

Lego falfoq<sub>3</sub> potentes. In Protreptico ad Crifpinum.

——— *fpectemque ratem jam feffus ab altis*

*Rupibus, atque oculis longo querar ordine vinci.*

Lego, atque oculos l. q. o. v. Deinde.

——— *quod tempus amicum*

*Fraudibus, extorto quanam bona tempore bello?*

Scribo, extorto q. b. t. b. Epicedio in Patrem.

——— *laqueo quin illa fupremo*

*Inclufit gemitus. & te post funera magni*

*Hectoris Hæmonio pudor eft ferviffe marito.*

Emen-

Emendo, l. q. i. fupremos l. g. & fe post f. m. De Andromachã illi fermo Postea

*Qui furias, regumque domos averfaque celo*

*Sidera terrifico fuper intonnuere coburno.*

Scribo, regumque dolos. In carmine ad Somnum.

*At nunc heus aliquis langã sub nocte, puellã*

*Brachia nexa tenens, ultro te Sonne repellit.*

Lego, *At nunc, heu! aliquis, &c.* In quo fine Sylvarum finis mihi conclucationis.

## Cap. VI II.

*Aucilla.* Apuleius correctus.

AD Apuleium tranfeo, cujus verba corrupta lib. II. Miles. quo placito, *ocyter surrexit, & ad aliud me cubiculum induxit. Ibi corpus fpendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam feptem teftibus manu revelat, & diutine vifit præfeto, obteftata fidem præfentium, fmgula demonftrat anxie, membra contefta de industria quodam tabulis pranotante, Quid eft: membra contefta de industria.* Sanè nõ capio: quomodd enim contefta adhuc, quæ jam antè revelarat Scribo, *contrectat.* Eft alter ejuſdem locus Miles. IX. *Una de caterã cohorte gallina, per mediam curſitans arcem, clamore genuino, velut ovum parere geftiens, perfonabat: eam fuus dominus intrens, O bona, inquit ancilla, & fatis fœcunda, que multo jam tempore quotidianis nos partibus faginãfti! Itane? gallinam vocet ancillam? non herclè putem. Vide an non potius ſcribſerit. O bona ancilla. Nam *Auca* & ἄουκαῖστῆνός *Aucilla* antiquo vocabulo avis nominabatur. Gloſſæ. *Auca* τῆνδρ.*

Cap.



## Cap. I X.

Romani in classes quinque à Servio tribu-  
ti. Tubero apud Agellium defensus. *Alis.*  
*Alimodi.* Agellius correctus.

**C**ertamen mihi ineundum hoc capite, sed placidum, mite, & sine sanguine: Certamen, inquam, ineundem cum viro magno, & in literis his nostris primate, Iusto Lipsio, pro Tuberone, qui Hist. 1. apud Agellium lib. x. cap. xxviii. ait *Servium Tullium regem, populi Romani cum illas quinque classes census faciendi gratiâ institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septendecim.* Scribendum illi videtur *sex classes.* Dionysius quidem Halycarnassæus lib. iv. & vii. in sex classes tributum meniorat populum. Sed ecce pro Tuberone Arnobius noster. *Nunquid enim quinque in classes habetis populum distributum, vestri olim ut habuere majores?* Charisius lib. i. *Assiduus quidam per d scribitur, quasi sit à sedēdo figuratum, sed errant. Nam cum à Servio Tullio populus in quinque classes esset divisus, ut tributum, prout quisque possideret, inferret: ditiores, qui asses dabant, assidui dicti sunt, & quoniâ soli negotiis publicis frequenter aderat, eos qui frequenter assunt, assiduos ab assibus dixerunt.* Vide etiam Festum in Quintanam classē. Quin & ipse Livius lib. i. quinque duntaxat classes expressē nominat. Nam quam alii sextam volunt, centuria fuit unica, adēd ut classis nomen nō meruerit. Centurię autem in primâ fuere 98. in secundâ 22. in tertiâ totidem, in quartâ 20. in quintâ 30. in illâ reliquâ, è quâ

quâ sextam classē nobis fabricantur, proletarii erant, & capitecensi, quos classici non fuisse suggerit & Arnobius alibi secundo hoc libro. *Desinit enim hominem, proletarius cum sit, classibus, & capite cum censatur, adscribere ordinibus primis.* Atque hæc cū pace Lipsii pro Tuberone dicta speraverim. Agellium verò, quoniam ejus factâ nunc mentio, emendabo obiter aliquot locis carptim. Lib. i. cap. iii. *Lacedæmonium Chilonem unum ex illo inclyto numero sapientium, scriptum est in libris eorum, qui vitas res gestasque clarorum hominum memoria mandaverunt, cum de vita sua postremo cum inibi mors occuparet, ad circumstantes amicos sic loquutum. Lego, cum die vita s. p. Lib. ii. ca. vi. quam rem & alii, & hic quidem poëta locis aliquot demonstrat. Lego, hic idem poëta.* Firmatque meam conjecturam Macrobius Saturn. lib. vi. cap. vii. ubi totum hoc Gellii, ut alia non pauca, verbo tenus descripta reperies. Cap. vii. *Omnia quæ in rebus humanis fiunt, sicut docti censuerunt, aut honesta sunt, aut turpia, quæ suâ vi recta aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet.* Tranſpono leviter, *a. h. s. a. turpia suâ vi: quæ recta a. h. Cap. xxiii. In hoc equidem sôleo animum attendere, quodque Menander præclare, & appositè, & facetè scripsit, ea Cæcilius nequaquam potuit, nedum conatus est, enarrare. Quis non videt legendum? Quod quæ Menander. Lib. iii. cap. xvi. Et multa opinio est, eaque jam pro verâ recepta, postquam mulieris uterus conceperit semen, gigni hominem, septimo rarerent, nunquam octavo, sæpe nono, sapius numero decimo. Emendo, s. rarerent, nonnunquam octavo. Res clamat,*

clamat, & sequentia, quæ lege sis Cap. xvii. In eo libro Platonem Philosophum, quem dixeramus tenui admodum pecuniâ familiari fuisse, contumeliose appellat, quod impenso pretio librum Pythagorica discipline emissit, ex eoque Tymæum nobilem illum dialogum continuasset. Lego, dialogum concinnasset. Lib. iv. cap. x. Ejus rei gratia ducenda, longâ oratione utebatur, eximebatque dicendo diem: erat enim jus senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quid vellet alii rei, & quoad vellet. Lego, quicquid vellit. alii rei. Et ita Plautum quoque dixisse testetur Festus. Nam *Alis* veteres dicebant, pro *Aliis*. Charisius lib. 11. *Alius* pronomen genitivum non habet, ut dicamus alius tametsi antiqui genitivum alius productâ us dixerunt, quorum autoritatem secuti & nos accedimus. cuius nominativum veteres non tantum *Alius* dixerunt, sed etiam *Alis*. Salustius. *Alis* alibi stantes, omnes tamen adversis vulnerebus occiderunt. Catullus in Coma Becenices.

*Anne bonû oblita' s facinus, quod regiû adeptâ s.*

*Conjugium? quod non fortior aut sit alis?*

Sic *Alimodo* quoq; pro *Alius* modi dictitarunt, Sed & Adverbium. *Aliter* est ab *Alio*, non *Alius*, unde *Alinta* antiquè.

### Cap. x.

Darius arieti à Daniele prophetâ assimilatus, Alexander hirco. Hieronymi ἀμαρτυρα μνημονιον. Eiusdem vulnera sanata.

Insignis locus est apud Danielem, cap. vii.

*Et ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua*

*cornua excelsa, & unum excelsius altero atque succrescens. Deinde. Ecce autem hircus caprarum veniebat. ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebatur terram.*

ubi per arietem innuitur Darius Persarum & Medorum rex, per hircum verò caprarum Alexander Magnus Græcorum monarcha, qui ab Occidentali plagâ respectu Mediæ & Persidis, venit usque Susas, ubi Darium superavit. Seq; hoc verû esse liquet ex eisdem capitis verbis sequentibus. *Aries quem vidisti habere cornua rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum rex Græcorum est.* Vide etiam Chrysolomum Orat. 11. contra Judæos. Venit interim in mentem insignis memoriæ labrus Hieronymi Epistolarum lib. 111. in vitâ Hilarionis, ubi & hircum & arietem de Alexandro dici memorat.

*Alexander Magnus Macedo, quem vel arietem, vel pardum, vel hircum caprarum Daniel vocat, cum ad Achillis tumultum pervenisset. Facilicè te, ait juvenis, qui magno fruaris præcone meritorem, Homerum videlicet significans.*

Sed cuius labrum ostendimus, agè, etiam vulnera sanemus. Lib. i. epist. xvi 111. quæ est ad Augustinû. *Nec tam stultus sum ut diversitate explanationû tuarum me ladi putem: quia nec tu laderis, si nos contraria senserimus. Scribo, quia nec tu laderis.* Lib. 11. epist. 111. ad Sabinianum. *Miser, nonne quando in spelunca cum virgine stare capisti, caligaverunt oculi tui, lingua torpuit, conciderunt brachia, pectus intremuit, mutavit incessus? Scribo, mutavit incessus? Epistol. x. ad Matrem viduam & filiam virginem. Dolet sibi,*

prælatum juvenem, non quidem comatum, non vestitum sericarum, sed torosulum, & in sordibus delicatum: qui ipse sacculum signet, textrinū teneat, pensa distribuatur, regat familiam, emat, quicquid de publico necessarium est. Emendo, emat de publico quicquid necessarium est. Post illa autem vestitum sericarum deest aliquid, puta, ornatu splendidum, aut tale quid, nec sine membranis facile quis suppleverit. Epist. xvii. quæ est ad Paulinum. Soror præcipue tua matronarum declines consortia. Nec inter sericas vestes & gemmas circum-sedentium faminarum se sordidatam aut doleat, aut miretur. Corrigo, m. d. consortia, ne inter, &c. Epistol. xviii. quæ est ad Lætiam. Prætextata nobilissima quondam femina, iubente viro Hymetio, qui patrum Eustochii virginis fuit, habitum ejus cultumque mutavit: & neglectum crinē mundano more pexuit. vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium. & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitanti pœnas, & hæc verba frangentem. Tunc ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis atrectare manibus? Lego, vincere cupiens virginis propositum, & mariti desiderium exple. ultimam vocem addidi, nam aut illa, aut ei gemina, desideratur. Epist. xxi. quæ est ad Demetriadem. Habeto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusa vertantur: aliarumque neta aut in globum collige, aut texenda compone: Malin, in glomum collige. Ibidem. Fuge lasciviam puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, astrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosq;

crispantes.

crispantes: ut sub nomine virginali vendibilis pereat. Inignis locus, Emendo verò, soccosque crepantes. Erat enim hoc quoque inter ejus epi. puellarum lasciviam. Nec aliunde petam fulcra, quæ passim obvia, ipse Hieronymus suggerit. Suprà epist. x. Caliga quoque ambulans nigella ac nitens, stridore ad se juvenes vocat. Infrà epist. xxii. ad Furiam. Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes sibi fuliginatos. Lib. i. de Vita Pauli primi Eremitæ. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen servavit: vos vestitis sericis indumentum, Christi perdidistis. Scribo, vos vestiti sericis.

### Cap. xi.

Augustinus correctus, Epigram. item  
Palladius, & Seneca.

Augustinum hoc capite saltuatim & vellicatim emendabo, volentibus Musis quod futurum spero. Nunquid Diana thetrica portat arma, & urbana simpliciter virgo est. Emendaveram thetrica portat, cum librum meum veterem consulens inibi ita esse invenio. Locus est lib. vi. de Civitate Dei, cap. vii. Quem autem nunc proponam, is est ejusdem libri cap. x. Cum enim de simulacris ageret, sacros, inquit, immortales inviolabilesque deos, in materia vilissimâ atque immobili dedicant. Habitus illis hominum ferarumque & piscium. Quidam vero mixto sensu diversis corporibus induunt. Vet. cod. mixto sexu. Corrigo, atque ignobili dedicant. Habitus illis hominum ferarumq; & piscium, quidam verò mixtos sexus diversis &c. Lib. vii. cap. xxvi. Omitto quod

Varro dicit omnes ab his mortuos existimari inanes deos, & probat per ea sacra quæ omnibus ferè exhibentur mortuis. Mavelim, manes deos. Lib. xiv. cap. xx. Hoc illi canini philosophi, hoc est Cynici, non videntur, profertentes contra humanam verecundiam, quid aliud quàm caninam, hoc est, immundam impudentemque sententiã ut, scilicet quoniam iustum est, quod fit in uxore, palam non pudeat id agere. Ejicio glossemata, & relectibo. Hoc illi canini philosophi non videntur, profertentes contra humanam verecundiam, quid aliud quàm caninã sententiã. Lib. xv. cap. xxvii. Et lignum ligno per subscudines, epiros, clavos, & glutin bituminis non potest adharere, ut fabricetur arca, non curvis sed rectis ligneis longè latèque porrecta. Lego, subscudines, epigros, clavos, e. g. b. n. p. a. v. f. a. n. c. s. r. lineis. Ita correxeram, cum rō lineis etiam in vetere codice invenio. Emendo verò, epigros, ex Isidoro Orig. lib. xix. cap. xix. Cujus ista verba. Epigri & clavi sunt quibus lignum ligno adhaeret. Item in Glossis. Epigri clavi quibus lignum ligno adhaeret. Idem mendum apud Palladium lib. xi. Titulo viii. ubi de pruno. Si poma decurrant, oleastri epigrum terebrata infige radici. Scriberim, oleastri epigrum. Illustrissimus quoque vir, Iosephus Scaliger, Senecæ restituendam hanc vocem censet. Locus est de Beneficiis lib. ii. cap. xii. Ita hodiè legitur. Parum enim fœdè furiosèque insolens fuerat, qui de capite consularis viri soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset Imperator pigros suos. Scribendum, epigros suos. Nam focci erant clavis compacti, & quidem aureis. Lib. xviii. cap. viii. Nam temporibus Ogygii ad lacum qui Tritoni dicitur, virginali fertur apparuisse

uisse atate, unde & Tritonia nuncupata est, Ter scribe Ogygi, semel Ogygm. Nam illud regi isti nomē. Lycophron.

ὅπου σε παλαιὸς Ὀγύγου ἀπαρτὸς λέως  
χρησμοῖς ἰαλεῖ, &c.

Nonnus Διονυσιακῶν lib. iii.

πρώτῳ γδ κελεύδης ἐπερίδη νεφετοῖδ  
ὦ γυλος ἠλιβάτοιο δι' ὕδατος αἰθέρος πέμπων.

Varro lib. iii. de Re. Rust. cap. i. Et enim vetustissimum oppidum cum sit traditum Gracum, Beotia Thebe, quod rex Ogygus edificavit. Postea Thebe que ante cataclysmum Ogygi condita dicuntur, ea tamē circum duo millia annorum & centum sunt. Et alii.

### Cap. xii.

De Academiã nonnulla. Diogenes Laërtius, Eupolis, Etymologicographus, Horatius, Suidas, & Stephanus correcti.

Academicos hoc capite demerebor, & ipsum heroem Hecademum, gymnasii istius conditorem, cujus nomen in Academum apud plerisque scriptores mutavit. Ac primum Diogenis Laërtii locum proponam, qui est lib. iii. ἐπανελευθῶν δὲ εἰς ἀθήνας διέτειβεν ἐν ἀκαδημία, τὸδε δὲ γυμνάσιον, περὶ αἰσεῖον, ἀλωῶδες, ἀπὸ τινὸς ἡρώος ὀνομαδὲν Ἀκαδημία. Scribo ἐκαδήμια. Eupolis ἀρατεύοις.

ἐν εὐσκαίοις δρυμοῖσιν Ἀκαδήμια δεῦ.

Lego,

ἐν εὐσκαίοις δρυμοῖσιν ἐκαδήμια δεῦ.

Horatius lib. i. epist. ii.

Atque inter sylvas Academi querere verum.

Iterum *Ecademi* scribo, ut & in *Acrone* ejus interprete. *Timon*.

τῶν πᾶντων δ' ἡγεῖτο πλατύσσιλον, ἀλλ' ἀγορεύῃς  
ἠδυεπίης, τέτιξιν ἰσογράφου, οἱ δ' ἐκαδήμω  
δένδρον ἐφεζόμενοι ὅπα λυγρούσαν ἰήσιν.

Quos versus paullò aliter legas apud *Hesychium*.  
Auctor proverbiorum. *Ακαδημία* δὲ ἦν γυμνάσιον ἐν  
ἀθῆναις, περάσειον ἀλσώδες, ἐν ᾧ διέτριβε πλάτων, ἀπὸ  
ἐκαδήμω πνὸς ἦρω ὀνομαδὲν. *Aristophanis* Scholia-  
stes ad *Nubes*. ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον (ἢ ἀκαδημία) ἀπὸ  
ἐκαδήμω πνὸς καταλείψαντος ἢ κήσιν ἑαυτὴν πρὸς ὀπι-  
κλήν ἔτοπον. Vide etiam *Suidam*, & *Stephanum*. Et  
inepfit omninò *Orion* apud *Etymologicographū*,  
& quos ille sequitur auctores Nam *Hecademo* he-  
roi nomen fuisse certissimū, ex eo quod prisca gym-  
nasia istius appellatio non ἀκαδημία, sed ἐκαδημία  
fuit. *Diogenes* loco citato. πρότερον γὰρ διὰ τὸ ἔκαδη-  
μία ἐκαλεῖτο. *Suidas*. *Ακαδημία* γυμνάσιον ἦν ἐν Ἀθῆ-  
ναις, περάσειον ἀλσώδες, ἐν ᾧ διέτριβε πλάτων. ἀπὸ ἐκα-  
δήμω πνὸς ἦρω ὀνομαδὲν. πρότερον ὃ διὰ τὸ ἔκαδη-  
μία ἐκαλεῖτο. *Stephanus* quoque in ἐκαδημία aper-  
tè scribit herois nomen per ἔ efferrì. Proferebant  
etiam neutro genere ἀκαδήμω. *Etymologicogra-  
phus*. *Ακαδήμω*, γυμνάσιον, τόπος ὅστις πρὸ τῆς ἀσπείρου.  
*Suidas*. Τρία ὑπῆρχον γυμνάσια, λύκειον, κυνὸστροφες ἀκα-  
δημία ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς κασιπερῶσιλον αὐτὴν ἀκαδήμω  
(scribo ἐκαδήμω) καὶ ἠδελῆρος ἀκαδήμω. λέγεται ὃ ἀκα-  
δημία ἢ τῶν φίλων διατειβῆ. Emendo. ἢ τῶν φιλοσόφων  
διατειβῆ. Orta mēda ex abbreviatà scriptione. Sunt  
& qui *Echemum* *Arcadem* cum *Pollucibus* mili-  
tasse ferant, *Atticam*que vicissè, & loco à se nomen  
ἐχεμῆδειον dedisse. *Stephanus* in ἐκαδημία, οἱ δὲ ὅτι  
ἐχο-

ἐχομῶ ὁ Ἀχιλῆος συστρεφόμενος τοῖς Διοσκύροις, ὑποχεί-  
ριον ἔχει πῶ Ἀττικῆν ἐξ ὃ ἐχεμῆδειον φασιν. Quod pro-  
fectò frigidum, & frivolum: quàm hæc similia dis-  
similia? *Ακαδημία*, sive ἀκαδήμω & ἐχεμῆδων. Con-  
sidera ductum, & sonum literarum. Deinde ab ἐχε-  
μῶ oportet ἐχεμῆδων derives, κατ' ἀναλογίαν. Sed  
*Stephani* locum hoc modo corrigo. Οἱ δὲ ὅτι ἐχεμῆ-  
μῶ, &c. ἐξ ὃ ἐχεμῆδειον φασιν. *Echedemum* hunc  
in mente habuit *Suidas*. ἐχεμῆδων, ὀνομα κώειον. Nam  
quod apud eundem *Stephanum* in ἐχεμῆδων mentio-  
nem habes *Echemi*, mendum est, & debet *Echeli*  
nomen reponi. Posuerunt enim *Athenienses* ejus  
herois simulacrum in luco quodam, inter *Tetraco-*  
*tum* *Herculis* & *Piræum*, ubi *Panathenæis* agones  
gymnici celebrabantur. Igitur totum istum *Stepha-*  
*ni* locum sic emendo. ἐχεμῆδων δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ  
ἐχέλου. ὅτι δ' ἀπὸ ἑλως τόπος, μεταξύ ὄντων ἔπειραίως,  
καὶ τῆς τετρακώμω ἠερακλείω. Juvat me *Etymologici* au-  
ctor. ἐχελῶ, ἦρος παρὰ ἀθηναίους πικρῶμενος: καὶ δῆμος  
τῆς Ἀττικῆς ἐχεμῆδων, ἀπὸ τῆς κειμένη ἑλως τῷ τόπῳ ἐν ᾧ  
ἴδρυται τὸ ἔχελω ἀγαλλμα. παρὰ τὸ ἑλῶ ἔχειν, ἐχελῶ.  
καὶ ἐχεμῆδων δῆμος, ἀπὸ ἐχελῶ. Ad quem locum cum  
viderem cum doctissimo *Sylburgio* me concurre-  
re, nò mediocriter sum gavisus emendationē meam  
tanti viri iudicio stabiliti. ut autem ad *Academiam*  
sermonem reducam: sciendum tam reverenter cam  
à philosophis habitam, ut ridere quidem inibi mī-  
nimè fas putarent. *Ælianus* docet *ποικ. ἰσθρ. lib. 1 1 1*.  
λόγος δὲ πρὸς διαρρῆει καὶ ὅτι Ἀττικὸς, ὅς λέγει περὶ τε-  
ρον ἐν Ἀκαδημία μὴδὲ γελᾶσαι ἐξουσιαν ἔχει. ὕβρις γὰρ καὶ  
βαθυμία ἐπειρώντο τὸ χερίον ἀβατον φυλαχθῆναι. *Pu-*  
*teum* pratereà ibi loci fuisse invenio, ubi heroibus  
duces

duces patrio instituto sacrificabāt. Apertè id in He-  
liodori αἰθιοπικῶν lib. 1. Επειδὴ κατὰ τὸν βόθρον ἐγέ-  
νετο τὸν ἐν Α' καθημίᾳ (πάντας γινώσκεις ἐνθα τοῖς ἥρω-  
σιν οἱ πολέμαρχοι τὸ πάτειον ἐναγίζουσι) ἐνταῦθα ἀθέσῳ  
ἔ' παρσβύτε παραάξασα τὰς χεῖρας, ὡσὲν ἐαυτὴν ὅπῃ κε-  
φαλῆν. ἢ ἢ μὲν ἐκεῖτο κακὴ κακῶς. Nisi fortè mavelis  
legere, ἐπειδὴ κατὰ τὸ βωμόν. Erat enim illic ara etiā  
καταβάτε Iovis. Testis locuples Apollodorus. Περὶ  
Α' καθημίαν ἐστὶν ὅτε ἔ' καταβάτε διδὸς βωμῶς, ὃν καὶ μό-  
ειον καλῶσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς ἀθῆνας ἱερῶν  
καθιδρυμένων. Sed nihil mutandū: arguunt ista, ὡσὲν  
ἐαυτὴν ὅπῃ κεφαλῆν.

## Cap. x i i i.

Salvianus castigatus. *Parientia.*

**S**alviani Massyliensis episcopi, hominis disertis-  
simi, libros de Vero iudicio, & Providentiā cūm  
legerem, hæc mihi visa in eo emendanda, Lib. 1.  
*Ac sicut ille ἔ' auras captans, ἔ' saxa vitans, ἔ' astra*  
*suspiciens, totus sit simul tam corporis quam cordis of-*  
*ficio operi suo deditus: ita scilicet deum nostrum ab*  
*universitate omnium rerum, nec munus dignantissima*  
*visionis avertere, nec regimen providentia sua tollere,*  
*nec indulgentiam benignissima pietatis auferre.* Lego,  
*nec munus vigilantissima visionis.* Et ita emendave-  
ram, cum ecce fulcrum invenio in libri secūdi ini-  
cio, ubi geminus locus. *Ecce habes presentem, ecce*  
*intuentem, ecce in omni loco curā ac provisione vigi-*  
*lantem.* Postea. *Pharaonem pœnitet, exercitum con-*  
*trahit, ad fugientes pervenit: castris jungitur, tenebris*  
*separatur: siccatur pelagus, Israël graditur, officiosū*  
*unda-*

*andarum patientia liberatur.* Corrigo; *andarum pa-*  
*rientia.* Est autem *Parientia* idem quod *obedientia.*  
*Sic parientiam accommodare* in Codice Iustinianeo,  
restituente in magno Cuiacio. Et infra. *Commodare*  
*parientiam.* Sic emendandū. *Imparientia* apud  
Agellium & Apuleium, restituentibus Lipsio, &  
Colvio. *Adde homines in nullis membrorum suorum*  
*partibus accessus ἔ' decessus humanorum corporū ne-*  
*scientes, ungues non auētos, dentes non imminutos, ca-*  
*pillos semper aequales, &c.* Scribo, *in ullis membrorum*  
*suorum partibus.* Unde hoc ita credimus? fors ita quia,  
ut illi tunc, *mannam quotidie non comedimus, cum*  
*agros triticeos plenos messibus demetamus.* Scribo, *triti-*  
*ceis plenos messibus.* Lib. 111. *Siquidem intra januas*  
*non modo illustrium portarum, sed etiam presidum,*  
*aut prepositorū, non omnes passim intrare presunt,*  
*nisi quos aut iudex vocaverit, aut negotium traxerit,*  
*aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit.*  
Lego, *illustrium eportarum.* Similem locum in Ter-  
tulliano adversus Valentin. cap. 1. emendavit Illu-  
strissimus Scaliger, qui heic tamen *potestatum* ma-  
lebat, Lib. 1 v. *Quid est omnium aliud dignitas subli-*  
*mum, quam prescriptio civitatum? aut quid aliud*  
*quorundā, quos taceo, presectura, quam preda? Scri-*  
*bo, quam proscripcio civitatum.* Lib. v. *Nam illud qua-*  
*le, quam non ferendum? ἔ' quod non dicā pati huma-*  
*ne mentes, sed quod audire vix possunt.* Scribo, *nam*  
*illud quale? Prajudiciis temporum ingenii status ho-*  
*mines circumvenimus, ecce ipsi nuper quidem in alie-*  
*no solo vivere cepimus, sed prejudicia jam timemus.*  
Scribo, ἔ' *prejudicia.* Lib. vii. *Quis conjugii fidem*  
*reddidit: immo quantum ad passivitatem libidinis per-*

tinet, quis non conjugem in numerum ancillarū rede-  
git? Scribo, conjugi fidem. Si accusanda est inhumana-  
nitas, inhumani sunt. Si ebrietas, ebrosi sunt. Si falsi-  
tas, fallacissimi. Si dolus, fraudulentissimi. Si cupiditas,  
cupidissimi. Si perfidia, perfidissimi. Emendo. Si falsi-  
tas, falsissimi. Atque hæc raptim legenti sub manu,  
ut solent mihi omnia, nara.

## Cap. xiv.

Germanicus castigatus, &  
Nonnus leviter.

**G**ermanici Cæsaris in Arati *κατωμενα* Commē-  
tarium aliquot locis emendabam nuper, Ac  
primum ubi de Geminis ei sermo. *Alii volunt Ze-  
thum & Amphionem esse, idè unus Zonam* alter  
*lyram habet. Nigidius deos Samothracas dixit, quo-  
rum argumentum nefas sit enumerare, propter eos qui  
ministeriis præsumunt. Corripo, qui ministeriis præsumunt.*  
ubi de Cancro. *Cum Hercules cum Hydrâ ad fon-  
tem Lernaum depugnaret, hic cancer Herculis pede  
morsu deprehendit, ut Panyasis auctor dicit quem mi-  
ratus Hercules calcatum contrivit. Emendo, Hercu-  
lis pedem morsu deprehendit, ut Panyasis auctor: què  
iratus, &c.* Nam id dicit ab aliquo librario adlutum.  
Posteà. *Quod cum adversus gigantes dii bellum age-  
rent idem Liber & Vulcanus & Satyri asinis insiden-  
tes profecti sunt ad pugnam. Quod genus viso tumultu,  
diro cum murmure rugissent, gigantes eorum voce  
territi fugerunt, & confestim dii de gigantibus trium-  
phaverunt. Scribo, diro cum murmure rudissent.*  
Nam hoc ejus animalis. ubi de Erichthonio. *Μα-  
σαν*

*sans de caprâ hoc refert. Datur Jovis infans nutrien-  
dus Themidi althea, qua fuit domina capræ, que ex eâ  
Iovem nutrit. Corripo, nutriendus Themidi Ama-  
thea. Ubi de Delphino: Neptunus, ut Artemidorus  
refert, Amphitriten voluit in conjugium accipere:  
qua cum ob verecundiæ magnitudinem & virginita-  
tis observantiam ad Atlantem confugisset, Neptu-  
nus post eam multos misit, qui eam peterent. Malim,  
Neptunus posteâ multos misit. ubi de Orione. Ari-  
stomachus autem dicit Erythrea quendam Thebis  
voto petisse, ut filium haberet: ad quem Iovis Mer-  
curius & Neptunus hospitio devenerunt: qui eis ho-  
stiam immolavit, ut filius nasceretur, cujus bovis pelle  
detrahitâ dii in eam urinam fecerent, jussuque Mer-  
curii terrâ obruta est, unde puer supra dictus est na-  
tus, quem Orionem appellaverunt & astris intulerunt.*  
Lego, dicit Hyriea quendam. Posteâ, quibus hostiam  
immolavit. Hyrieus autem erat Orionis patri no-  
men ut constat ex variis auctoribus, quos brevitatis  
studio non nomino. Sed & in Nonno mendo-  
sum idem nomen ΔΙΟΥΣΤΑΚΩΝ lib. xiv.

οἱ θ' ὕβριν ἐνέμοντο θενδρόχον ἕδας ἀγῶνης,

Ἐνδοχον μεδέπυσον ἐπὶ πωυμίνυν εἰνῶ.

Corripo. ἐπὶ πωυμίνυν εἰνῶ. ubi de Argo navi. *Sola  
Hypermanestra Limum servavit: ob quod fanum illis  
factum est. cetera verò dicuntur apud inferos in do-  
lium pertusum aquam ingerere. Scribo, fanum illi,  
ubi de Eridano. Sorores quoque Phaëthontis flentes,  
in arbores populos versa sunt, lacrymaque earum in-  
electrum durare dicuntur. Scribo, durari dicuntur.*  
Deindè. *Cycnus quoque rex Liguria Phaëthontis  
propinquus dum fleret, in cycnum cōversus est: id quo-  
que*

*que monens flebile canit. Lego, is quoque moriens f.c.*  
 In prognosticis, ubi de Luna. Dicebant enim eam  
 (Dianam) viarum presidem, & virginem, eo quod in  
 via nihil pariat. Scribo, quod via nihil pariat. Po-  
 stea. Eadem Luna, eadem Diana, eadem Proserpina  
 vocatur: id est: caelestis, terrestriis, & infernalis. De  
 qua quidam.

Denique cum Luna est sublustri splendet amictu,

Cum succincta jacet calamis, Latonia virgo est.

Corrigo, jacit calamos. Versus Prudentii sunt è lib. i.  
 contra Symmachum. Sed & hic valde vereor, ut  
 festinans librarius omiserit tertium versum ejusdè  
 Poëtæ, qui omninò adjungendus.

Cum subnixæ sedet folio, Plutonia conjunx.

Tuum erit judicare, Lector, qui judicio polles. Item  
 post pridie nonas Apriles in Bœotia & Chaldæis  
 Orion & gladius ejus incipiunt abscondi. Scribo, po-  
 stridie Nonas.

### Cap. xv.

Glossæ corriguntur, & Ammiā-  
 nus, Festus, Hlidorus.

Glossarium illud ab Henrico Stephano viro do-  
 ctissimo antè annos aliquot editum thesaurus  
 magnus antiquitatis, magnus mendarum: Nos earum  
 bonam partem sustulimus, sed tantum decer-  
 mina quædam proponemus.

*Almitus*, ἀνάεσφι, ἀναζωγή, Scribo *Almitas*.

*Arbares sodales*, οἱ περὶ ὄραν διαγωνίσκοντες διχ-  
 σαί, Lego, *Aruales sodales*.

*Atanulus*, ἄχιον ἰστέως σκεῦος. Magnus Festi in-  
 ter-

terpres, *Atanuvius*. Legerim *Atanulus*, σφά-  
 γιον, &c. Nam dicebant *Atanulus*, *Atanulum*,  
*Atanuvium*. Quemadmodum *Simpuvium*,  
*Simpulum*.

*Ansa*, βορῶος. Ἄσιον, λαβή. Lego, βωμὸς. Nam ve-  
 teres *Asam* & *Ansam* dicebant, quam nunc  
*Aram*.

*Arua*, ἀμυνθήεια. Scribo, *Arfa*. vox est ex Hetru-  
 riâ deducta. Nam Hetrusci *Arfe* dicebāt, *aver-  
 te*. Vide Festum.

*Armentum*, ἄμμα τῶν ἀνοτίων. Lego, *Amentum*.  
 Festus. *Amenta*, quibus, ut miti possint, vin-  
 ciuntur jacula. Ipse hic Glossarius postea *A-  
 mentum*, ἄμμα λόγχις. Silius Italicus lib. xiv.

———— *hasta juvatur amento*.

Prudentius ψυχωμαχία.

———— non ales arundo

*Nervo pulsa fugit, nec stridula lancea torse*

*Emicat amento*. ————

Hinc *Amentare*, apud Lucanum.

———— *jaculum amentavit habena*.

Martianus Capella lib. v. *In caussis mihi elatius am-  
 belanti amentatas hastas crebrò, & pila plurimum  
 valentia mihi ministravit*. Corrigenus Ammianus  
 Marcellinus lib. xxi i. *In speciem Scythici arcus ne-  
 ruo coagmentati geographia totius assensione forma-  
 tus*. Lego, *coamentati*. Atque hæc obiter. Ad pen-  
 sum redeo.

*Auris clarium*, ὠ τογλυφίς. Scribo, *Auriscalpiæ*.

*Bomus*. βόμβος. Scribo, *Bombus*.

*Brucus*, βρουκός, μωρὸς, ἡλίθιος, βεγδὺς. Emendo,

*Brutus*, βρούτος, μωρὸς. Festus, *Brutum antiquè  
 gravem*.



*gravem dicebant.* Sed quia in Festi mentionē incidī, commodum mendę cujusdam venit in mentem, quam libet tollere. *Dirigere apud Plautum invenitur pro discedere.* Vir magnus legit *discindere.* Ego *Diribere a. P. i. p. discidere.* quomodo *Abscidere, Concidere,* similia. Iam in Plauto lego quoque.

*Clypeatus elephantum ubi macherā diribit.*

*Locus est Curclionte, Act. 1. Sc. 1. Hodie discit.* unde & non minus rectē *difficit* possit legi, pro *diffecat, ἀεχαικῶς.* Sed primorem dictionē Plautinam esse Festus fidem facit. Nigidius tamen etiam dixit, *cultro gallinam dirigere.* Nisi quis velit eodem modo emendare.

*Calantica, εἶδος ζώνης.* Scribo, *Calantica.*

*Bria, εἶδος ἀρίτης.* Scribo, *ἀρῆειν.*

*Cilo, πεσκέφαλος.* Scribo, *Cilo.* Festus, *Chilo dicitur cognomento à magnitudine laborum. Cilo sine aspiratione, cui frons est eminentior, &c.* Vide Charisium lib. 1. Velium Longum, & Casiodorum, de Orthographiā.

*Clores, ἰάπυξ ἀνεμος.* Scribo, *Chloris.*

*Columnia, ἀποικία.* Scribo, *Colonia.*

*Compuso, εὐχῆς ἐπιλυγχανῶ.* Lego, *Composio.*

*Depertigo, λέπες, λείχῳ.* Scribo, *Depertigo.*

*Distote, διασκεδασσον, πρὸς τὸ ἀκείβεις ἐξέταζον.* Scribo, *Disoute.*

*Diuellio, πόλεμος.* Scribo, *Duellio, πολέμιος.*

*Divinisso, μαντεύομαι.* Lego, *Divinus sum. m.*

*Difrax, διπρόσωπος.* Scribo, *Difrax.*

*Domnedius, & Cœnacularius, παρθένος.* Scribo, *Dominadius, &c.*

*Galesco, χαίρω, γήδομαι.* Scribo, *Gavesco.* Sic antea *Gavescite, χαίσετε.*

*Glevo, βῶλος.* Lego, *Gleba.*

*Imbricat, σκέπῃ, καλύπτει.* Scribo, *Imbricat.*

*Imbricos, καλύπτῆρες.* Scribo, *Imbrices.*

*Inersitudo, ἀδρανία.* Scribo, *Inertitudo.*

*Ister, ἔθος. σιγήθεια, τύπος, τέπος.* Scribo, *Istar,* sive *Instar.* Sic *Istita, Instita.* Similia.

*Obsus, τὸ δοκιμάζον τὸν χρυσὸν ὅταν παερίβηται.* Lego, *Obrussa, τὸ δ.*

*Opustorium, πλακυντάειον.* Lego, *Opus pistorium.*

*Postiecus, ὀπίθεν.* Item *Postescus, ὀπεδεν.* utrobique lego, *Postsecus, ὀπίθεν.* Sed & apud Iliodorum corrupta hæc vox lib. xix, cap. xxiv. *Cinctus Gabinus est cum ita imponitur toga, ut toga lacinia, qua post secus rejicitur, attrahitur ad pettus.* Conjungo voces & scribo, *que post secus rejicitur.* Atque hîc desino, alias plura, cum libebit.

## Cap. xvi.

## Valerius Flaccus &amp; Corripus correcti.

**P**rotulit ut crinem densis luctatus in extis  
Ignis, & adscēdit salientia viscera tauri.  
Ecce sacer, totusque dei per littora Mopsus  
Immanis visu: vitamq; comamque der auras  
Surgentem, laurusque rotat.

Versus sunt Valerii Flacci ex lib. 1. Argonaut. quorum tertium putabam emendandum.

Ecce sacerdos usque dei p. l. M.

Lib. iv.

\_\_\_\_\_ date tangere vultus,

*Desinite amplexus, propiusq; accedite dextra.*Lego, *Et finite amplexus.*

Ad Corippum Africanum transeo, in quo plures adhuc mendæ &amp; lacunæ superant, quam studiosus lector velit. Ego hæc muginabar. Lib. 11.

\_\_\_\_\_ itque tumultus

*Per letos, ingens fremit. \* undique murmur.*

Supplendum putabam.

*fremit undique & undique murmur.*

Ibidem.

*Largior inventus patre est, clementior idem;  
Qua virtute animi mentem calcavi habendi,  
Publica privato \* debita redderet auro.*

Fortean. p. cum debita r. a. Lib. 111.

*Regales mensas epulis onerare supernis.*Lego, *superbis.* Polteâ.

\_\_\_\_\_ pietate regendi

*Hoc facimus, gratisq; dari provisâ jubemus.*Lego, *g dari promissa.* Lib. iv.

\_\_\_\_\_ sed majestatis honore

*Plus templum terroris habet: namque ibi probatur**Quam sit ubique Deus presens. —*

Medius versus luxatus, restituo.

*ibi namque probatur.*

Ibidem.

*Ut pereant justasq; suo dent sanguine terras.*Scribo, *d. sanguine panas.*

Cap. xvii.

Apuleius castigatus. *Relicinus.**Licinus. Licini boves.*

Milesiarum scriptori caput hoc dabimus, quo & ille nobis non nihil debeat. Itaq; in eartum primâ hæc emendabam. *Amatorem suum, quod vi aliâ temerasset, unico verbo mutavit in feram castore. quod ea bestia captivari metuens, ab insequentibus repræcisione genitalium liberatur.* ubi quæso natum, ad repræcisionem? nusquam, nisi apud Orci cæcos, ad quos relego & scribo. *ab insequentibus se præcisione genitalium l.* Ibidem. *Devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis, ut mihi temulenta narravit proximè, cunctos in suis sibi domibus tantâ numinum violentiâ clausit, ut toto biduo non claustra perfringi, non fores evelli, non denique parietes ipsi quiverint, perforari.* Scribo, tantâ nimirum violentiâ. Miles. 11. *Tamen dum luxu temulento similis ostiatim singula pererro, repete nescius forû cupedinis intuli.* Lego, *dum lixa t.* Miles. 111. *famque luminibus meis vigiliâ marcidis infusus sopor, etiam in alium diem nos attinuit.* Lego, *in altum d.* Ibidem. *Et illa quidem magnis suis artibus volens reformatur.* At ego nullo decantatus carmine, presentis tantum facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quàm *Lucius.* Emendo, *magicis suis a.* Ibidem. *Sic exterminatus animi, attonitus in amentiam, vigilans somniabam: defrictis aded diu pupillis, an vigilarem scire querebam.* Induxerim *ta* attonitus *i. a.* ut interpretamentum istorum, *exterminatus animi.* Miles. v. *Hic queritans propter emer-*

Cap.

git è mari, suumq; protinus aureum thalamum petiit: & reperto, sicut audierat, aegroto puero, jam inde a foribus quam maximè boans. Lego, properiter emergit. Origo mendæ ex abbreviata scriptura propiter. Itidem. Sed malè primâ pueritiâ instructus es, & acutas manus habes, & majores tuos irreverenter pulsasti toties: & ipsam matrem tuam, me inquam ipsam, parricida denudas cottidè. Scriberim, defrudas cottidè. Milef. vi. Interea Psyche variis jactabatur discursibus, dies noctesq; mariti vestigationibus inquieta, animo tantò cupidior: & iratum licet, si non uxoris blanditiis lenire, certè servilibus precibus propitiare. Scribo, si non uxoris b. l. certa s. p. p. Alioquin sensus mutilus. Ibidem. Quod si verè super mugivû bovem; potest in asino meo latere aliquid, vel vultus hominis, vel facies Deorum. Scriberim, mugivû in bove. Milef. ix. His, & aliis similibus affaniis frustra blatteratis, eos retrorsum abducunt pagani, statimque victos in Tullianum compingunt. Scribo, statimque victos. Ibidem. Atque hæc ipsâ potissimum famosâ castitate, & insignis tutela nimietate instructus atque inflammatus, quidvis facere, quidvis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus disciplinam totis accingitur viribus. Scribo, instinctus atque inflammatus. Milef. x. Tunc infelix, dupliçi filiorum morte percussus, magnis arumnarum procellis æstuat. Nam & juniorem incoram sui funerari videbat, & alterum, ob incestum parricidumq; capitis scilicet, damnatum in certo sciebat. Adhuc uxoris dilecta nimum mentitis lamentationibus, ad extremam sobolis impellebatur odium. Corrigo, capitis ilicet damnatû i. c. s. Adhuc v. & c. Milef. xi. *Que cali luminosa culmina, ma-*

vis salubria flamina, inferorum deplorata silentia, nubibus meis dispensò. Emendo, aëris salubria f. Florid. i. Profectò verissimè poëta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos effusam: nec cernere nos, nisi intrâ lapidis jactum valere. Fortè, si liquid mutandum, ob oculos offusam. Ibidem. Laudans sese, quod erat, & comâ relicinus, & barbâ squallidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, & fortuna egemus. Quia Relicinus inibi quid sit video Colvium tacitum præterisse, libet exponere. Dicebantur verò Relicini quibus capillitium crispum. utitur hæc dictione etiam postea, ubi de Alexandro magno ei sermo. Eadem forma viridis juventa, eadem gratia relicina frontis videretur. Simpliciter Licini. Glossæ. Licinus, A vadigè. Et boves quoque Licini dicti, quibus cornua sursum crispata. Iunius Philargyrius ad Georg. iii. Camuri boves sunt qui conversa introrsus cornua habent, quibus contrarij Patuli, qui cornua diversa habent. Levi, quorum cornua terrâ spectant, his contrarij Licini, qui cornua sursum versum reflexa habent. Vide quoq; Servium ad eundè locum, atque hoc obiter.

## Cap. xviii.

Dies magnus. Sol magnus. Agellii lectio  
defensa. Apuleius illustratus.

Appellasse videntur veteres Magnum diem, qui longis periculosisque laboribus finem imponeret, quod visum etiam viro doctissimo Ludovico Carrioni, ad Valerium. Tacitus in vitâ Agricolæ. Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem. Lactantius lib. vii. cap. xiv.

*Perfectis omnibus, qua in usum hominis molitus est deus, ipsum hominem sexto die ultimum fecit, cumque induxit in hunc mundum tanquam in domum jam diligenter instructam, ita nunc sexto die magno verus homo verbo dei fungitur, id est sanctus populus doctrinâ & preceptis Dei ad iustitiam figuratur. In sacra Scripturâ quoque dies Magnus vocatur ultimus ille, quo venturus Deus noiter iudicatum vivos & mortuos. Eodem modo Sol magnus, cum ad occasum jam vergit. Agellius lib. i. cap. ii. Magistratus, quando unâ die eis auspicandum est, & id super quo auspicaverunt agendum, post mediam noctem auspicantur, & post meridiem sole magno auspicati esse, & egisse ex eodem die dicuntur. Et dissentio à Iulio Liptio, viro magno, qui legit, post meridiem solē agunt. Differt autem Macrobius Sat. lib. i. cap. i. Post mediam noctem auspicantur, & post exortum solem agunt. auspicatiq; & egisse eodem die dicuntur. Quæ sanè, ut verum fateat, correctionem ejus in partem stabiliūt. Porro de sole magno aliud exemplum in Apuleio Miles. xi. qui metaphorâ eleganti transiit ad anni, ut ita dicam, occasum. Ecce transfurto signifero circulo Sol magnus annum compleverat, & quietem meam rursus interpellat numinis benefici cura pervigilis.*

## Cap. x i x.

*Mneuis. Macrobius, & Mamertinus correcti.*

**I**N Macrobio nondum omnia emendata restabatur hic locus Saturnal. lib. i. cap. xxi. *Taurum*  
verò

*verò ad Solem referri multiplici ratione Ægyptius cultus ostendit: vel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum, quem Neiton cognominant, maxime colunt. Et fallor, aut legendum quem Mneuin cognominant. Adhæferat prima litera fini vocis præcedentis, & t in u, atque o in i. mutarunt. Suidas. Μετίς, ὄνομα θεῶ ἀι πῆτις. Ammianus marcellinus lib. xxi r. Inter animalia antiquis observationibus consecrata Mneuis & Apis sunt notiora. Mneuis Soli sacratum, super quo nihil dicitur memorabile. sequens, Luna. Transeo ad Mamertini, ut putant, Panegyricum Maxiniano dictum. Quid autem majus evenire potuit illâ tuâ in Germaniam transgressionem, quâ tu primus omnium imperatorum probasti Romani imperii nullum esse terminum, nisi qui tuorum esset arborum. V. Cl. Henricus Stephanus legit arbitrorum, quod nimium quantum à vulgatâ scribiturâ recedit, Ego minimâ mutatione, qui tuorum esset armorum: In Genethiaco ejusdem eidem dicto. Nihil denique tam vile, tam vulgare est, cujus participes malignis emulationis stipulis vacent. Scripserim, stimulis. Deinde. Ipsa etiam gentium domina Roma, in modico propinquitatis vestra elata gaudio, vosque è speculis suorum montium prospicere conata, quò se vultibus vestris propius expleret, ad inveniendum comminus quantum potuit accessit, Scribo, immodico propinquitatis v, &c. Postea. Admonet me & temporis loci ratio, & majestatis tue reverentia, ut finem dicendi faciam, Corriego, me temporis & loci r.*

## Cap. xx.

*Pumilus.* Columella correctus.

**I**N Columellâ quàm infigne mendum, lib. viii. cap. ii. *Pumiliones aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo, tam herclè quàm nec pugnacem, nec rixosa libidinis matrem.* Emendo. *Pumiles autem aves, nisi q. pumilitas e.* Et vet. cod. meus difertim *pumiles* præferbat. Veteribus autem *Pumilis* dicebatur parvus. Efferebant etiam *Pumulus*, quo modo alia multa. Apuleius Miles. v. *At ego misera, primum patre meo seniorè maritum sortita sum, dein cucurbitâ glabriorem, & quovis puero pumilio-rem.* Quod autem Fulgentius ait. *Pumilos dicunt molles, atque enerues.* Magna ineptia. Etiam *Pumilio*: quemadmodum *Pusus, Pustio, Amasius, Amasio,* & alia ad id exemplum.

## Cap. xx i.

Saturno capite aperto sacra facere mos. *Lucem facere.* Festus & Servius emaculati. *Æneq̃ in Laurentis agro sacrificium.* Fulgentius correctus.

**D**Iis omnibus velato capite sacrificabant, soli Saturno aperto. Servius Æneidos iii. *Sanè scièdum sacrificantes diis omnibus caput velare consuetos, ob hoc, ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse videretur, quia Saturno capite velato incendi-*

*tur.* Emendo, *quia Saturnus c. velato ibi cernitur.* Tibicen mihi Macrobius Saturnal. lib. iii. cap. vi. *Custoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant. hoc fit ne quis in eade dei habitum ejus imitetur. Nam ipse ibi operto est capite.* Ille tamen ibi de Hercule non Saturno. Ampliter Festus. *Saturnia, Italia; & mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutelâ Saturni esse existimantur.* Saturnii quoque dicebantur, qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia (lego cui) apud eam supplicant apertis capitibus. *Nam Italici autore Æneâ velant capita: quod is cum rem divinam faceret in littore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulysse cognitus interrumperet sacrificium caput adoperuit, atque ita conspectum hostis evitavit.* Et postea, Saturno sacrificium fit capite aperto. Et quæ sequuntur. Atque hoc *Lucem facere* nominabant. Idè Festus alibi. *Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est, capita detegere.* Eundem corrige quoque obiter. *Lebesum, & lebestatem antiqui dicebant liberrum & libertatem.* Hodie est, *lebertatem.* Sed quod ait in verbis primò citatis de Æneâ sacrificio in littore Laurentis agri peracto, illud ipsum intelligit Virgilius Æneid. lib. iii.

*Quin ubi transmissæ steterint trās aquora classes,  
Et positis aris jam vota in littore solves,  
Purpureo velare comas adoperitus amictu,  
Nequa inter sanctos ignes in honore deorum  
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.*

Item Macrobius loco citato. *Varro ait Græcum hunc esse morem: quia sive ipse, sive qui ab eo relicti aram*

*maximam statuerunt, Græco ritu sacrificaverunt. hoc amplius addit Gabius Bassus: idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara maxima antè adventum Aeneæ in Italiã constituta est, qui hunc ritum velandi capitis invenit. Ita emendari debere monui in Notis ad eum, & quod inibi in Variis facturum promiseram, hic persolvo, ne ulterius expectes. Quoniam autem Gabii Bassi ibi mentio, rescribes apud Fulgentium, Veruna Gabius Bassus Satyrã, &c. Non, ut hodiè, Galbus Bassus.*

Cap. XXI I.

Nonius aliquoties correctus,  
Isidorus semel.

**N**onio Marcello emendando operam varii varii navarunt, sed, ut dicam Ausonii verbis. *Alius alio plura invenire potest nemo omnia.* Ego etiã aliquam symbolam libens conferam.

In Senium.

*Marcus Tullius de Senectute Quod si ipsis voluptatibus bona atas fruatur, lubetius primã parvulis fruatur rebus.* Absentia unius voculæ turbat sensum. Rescribo. *Quod si istis ipsis v.* Et ita constanter habent codices Ciceroniani.

In Commentum.

*Plaut. Amphitryone: Fac jam Amphitryonem advenientem ab adibus, ut abeat quovis pacto, fac commentus sis.* Ecce, Poëta desit esse Plautus, & in profa ejus versus mutarunt, quos ille duo dederat, hoc modo conceptos.

*Fac Amphitryonem advenientem ab adibus*

U

*Ut abigas quo vis pacto, f. c. f.*

Verba sunt Iovis ad Mercurium imperantis ut ab ædibus Amphitryonem arceret, dum ipse intus res mariti ageret.

In Superbos.

*Plautus Amphitryone. Faciam ego hodiè te superbum ni hinc abis: & post auferere, non abibis.* Restituam Sarlinati isti versus suos, & personas.

*ME. Faciam ego hodiè te superbum, ni hinc ais.*  
Et post.

*ME. Auferere, non abibis.* —

Nam τὰ & post verba sunt Nonii.

In Secundum.

*Varro de Vita Populi Romani lib. 1. Tullum Hostilium in velis, ubi nunc est ades deum Penatium, Ancum in Palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra.* Clara correctio, in Velis, ubi n. e.

In Fornum & Fornaces.

*Fornum & Fornaces dicuntur à forno, quod est, calido. Inde Forcipes quod candentes teneant ferrum. Lego, d. à formo, q. e. c. I. f. q. candens t. f.* Postea in verbis Varronis. *Utriusque vocabulum à forno ductum.* Iterum scribo, à formo d. Corrigendus extra ordinem Isidorus Orig. lib. xix. cap. vi i. *Forcipes, quasi ferricipes, eò quod ferrum candens capiant, teneantq, sive quod ab his aliquid foruum capimus & tenemus, quasi fornicipes. Nam foruum est calidum.* Scribo, s. quod his a. formum c. e. t. q. formicapes; Nam formũ e. c.

In Collutulet.

*Collutulet significat dedecoret. Plautus Trinummo. Hac famigeratio te honestè me collutulet, & sine dote duxeris.* Restituo.

— *hæc fumigeratio*

*Tè honestet, me autè collutulet, si sine dote duxeris.*  
Ita habent Plauri editiones.

In *Casteria*.

*Quin pol si reposui remum sola ego in casteriâ.*  
Scribo, *si reposivi*, verbo antiquo, & Plautino: aliàs versus non constet.

In *Nenia*.

*Varro de vitâ Populi Romani lib. iv. Ibi à muliere, qua obtutum à voce esset. perquam laudari, deinde neniâ cantari solitam ad tibias, & fides. Emendo, qua optimâ voce e. Veteres scribebât obtumâ. Incuria verò librarii media syllaba geminita errorem peperit.*

In *Capitia*.

*Neque id ab orbitâ matrumfamiliâs instituti, quod ea pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant, hæc & capitula appellavit. Separo Nonii verba à Varronis, & lego, habebant. Hæc & capitula appellant. Postrema illa quatuor Marcelli sunt.*

Cap. xxiii.

*Olesco. Censorinus passim emaculatus.*

**H**Abes, quæ mihi ad Arnobium: en mantifam, non tamen talem, quæ, ut in Lucilii versu est, obsonia vincat. Censorino aliquot locis malè affecto medicinam faciâ. Cap. iv. *Anaximander Milesius videri sibi ex aquâ terræque calefactis exortos esse sive pisces sive piscibus similibus animalia: in his homines concrevisse, fetusque ad pubertatem intus reventos, tunc demum ruptis illis viros mulieresque, qui se jam*

*se jam alere possent, processisse. Cortigo, e. a. terrâque coalefactis e. e. s. p. s. p. s. a. v. h. h. concrevisse, & usque ad p. r. t. d. ruptis illis, &c. Paullid antè. Aristoteles quoque Stagiritus & Theophrastus, multique præterè non ignobiles. Peripatetici idem scripserunt, &c. Interpungo, n ignobiles Peripatetici. Sed hoc leviculum. Extremo V. Illud quoque ambiguum facit inter auctores opinionem, utrumne. ex patris tantummodo semine parvus nascatur, ut Diogenes & Hippon Stoicique scripserunt, an id ex matris quod Anaxagora & Alcmaoni, nec non Parmenidi Empedocli, & Epicuro visum est. Si quid video, transponendæ leviter dictiones, an ex matris, id quod Anaxagora, &c. Cap. vi. Quorum opiniones ut de hæc specie congrua, ita de similitudine liberorum sunt dispariles, super quâ re Empedoclis disputata ratio talis profertur. Lego, Empedoclis disputatio talis p. Nata menda ex multiplicatione mediæ syllabæ. Cap. vii. Quorum omnium consensus Euriphonem Cnidium non deterret id ipsum intrepide pernegantem. Scribo, Euthyphronem Cnidium. Cap. viii. Nam ut alia occasum, non nulle stationem faciant, nosque omnes disparili suâ temperaturâ afficiant, solis fieri potentiâ. In MS<sup>o</sup> quo usus Gulielmius acutissimus erat, suâ disparilitatem periturâ, unde ipse fecit suâ disparili temperaturâ. Benè! melius tamen ex ductu literarum corrigendum putem, s. disparili tam temperaturâ. Postea, eodem capite. At si intrâ hoc spatium mature scere uterius non potuerit, octavo mense non editur. (ab octavo enim signo, ut à sexto, inefficax visus) sed vel nono mense, vel undecimo. Legendum est, vel nono mense, vel decimo: quod sequentia verum esse facile præstabit.*

Cap.

Cap. xiv. *Secundo ad tricensimum annum adolescentes, ab alescendo sic nominatos. Scribo, ab olefcendo f. n. Nam veteres Olefco dicebant, cujus composita etiamnum in usu. Huic loco facit Festus. Adolefcit ab olefco, id est, cresco, venit, ut rectè emendavit maximus Scaliger. Cap. xvi i. Itaque scriptum est quatuor prima secula annorum fuisse centum, quintum viginti trium, sextum undeviginti & centum, septimū rotidem, octavum tum demum agi, nonum & decimum superesse. Augeo, quintum centum vigintitrium. Facile potuit librariis vox ter repetita elabi. Postea. Sed nostri majores, quod natura seculum quantum esset exploratum non habebant, civile ad certum annorum modulum centum statuerunt. Truncata vox; rescribendum autem, quod naturale seculū, &c. Nam ineunte capite dixit. *Secula aut naturalia sunt, aut civilia.* Cap. xix. *Sunt qui tradant hunc annum trimenstrem Horon instituisse, eoq; ver, estatem, autumnum, hyemem, æpæ, & annum dici, & Græcos annales horas, eorumque scriptores horographos.* Etiam heic vox elapsa. Corrigo autem, *hyemem æpæ, & annum æpov dici, &c.* quod in partem monui etiam in Notis ad Macrobiū superiore anno. Cap. xx i. *Secundum non planè quidem scitur, sed tamen ad mille circiter & Idc. annos esse creditur, a priore scilicet cataclysmo, quem Ogygium dicunt, ad Inachi regnum, anni circiter cccc. hinc ad Olympiadem primam paullo plus cccc. Nimis mutilus numerus, & quidem dimidiâ parte, nam mille sexcenti anni dividi debent in bis octingentos. Scribo itaque, anni circiter dccc. h. a. O. p. p. p. dccc. Lapsus sanè proclivis. Deinde. *Quare scire etiam licet anni illius magni, qui, ut supra dicitur***

*Etum est, solaris & canicularis & dici annus vocatur, nunc agi vertentem annum centesimū. Scribo, & dei annus vocatur. Ad illa cap. xviii. Hic annus etiam heliacus à quibusdam dicitur, & ab aliis à deo canicularis. Cap. xxiii. Alii eum apud eadē Quirini primū statutū dicunt, alii in Capitolio, nonnulli ad eadem Diana in Aventino. Scribo, Alii enim apud eadem Q. &c.*

## Cap. xxiv.

Tertullianus aliquoties castigatus. Lunus.  
Ceres. ΣΙΤΩ. Retrosus, adjectivè. Speculare.

**I**N Tertulliani Apologetico post tot ejus tam diligentes & doctos Cenfores emendanda hæc cenfebam. Cap. i. *Nihil de causâ suâ deprecatur, quia nec de conditione miratur. scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire. Lego, q. nec de conditione miseratur. Cap. ii. Plinius enim Secundus cum provinciam regeret damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsâ tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem. Leviter luxatus locus. Restituo, consuluit Traianum tunc imperatorem. Cap. x. Satis jam de Saturno, licet paucis etiam Jovem ostendimus, tam hominem quàm ex homine, & deinceps totum generis examen tam mortale quàm seminis sui par. Lego, i. d. Saturno, licet paucis, e. l. ostendimus t. h. q. e. h. e. d. t. g. e. t. m. q. f. f. pater. Jupiter enim*

— divum pater, atque hominum rex.

Cap. xv. *Mæchum Anubim, & masculum Lunam, & Dianam flagellatam. Scribo, masculum Lunum.*

Nam



Nam & Lunus deus fuit, vide Spartianum in Caracullâ. Platonici observarunt nomina deorum masculina significare in divinis actum efficiëntem, feminina verò virtutem ipsam ac potentiam capientem numinis. Cap. xv. *Et tamen quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica, & Ceres Farrea? quæ sine effigie rudi palo & infirmi ligno prostant.* Nimis velim V. CL. Franciscum Junium, à quo dissentire pœnè religio mihi, non sollicitate hunc locum, & nescio quas abstrusas explicationes querere, id est, nodum in scirpo. Nam Pallas Attica est, quæ Græcis ἀθηναία, Ceres Farrea, quæ Σιτω, cujus Ælianus meminit ποικίλης ἰστέας lib. i. cap. xxvii. λέγεται δὲ ἐν Σικελίᾳ ἀδδουφαρίας ἱερὸν εἶναι, καὶ σιτῆς ἀγαθὸν δῶμα δῶμα τρῶ. Cap. xi. *Ceteri quoque propheta, etsi Moysi postulant, extremissimi tamen eorum non retrofiores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus & legis & historicis.* Lego, *retrofiores deprehenduntur.* Nam veteres dicebant *Retrosus a, um.* unde in usu permansit substantivum neutrum, ut vocant Grammatici, adverbialiter usurpatum, *Retrosum.* Sicut ἐπὶ τῷ Prorsus, a, um. *Prorsum.* Cap. xxv. *Peregrinos enim deos non putem extranea genti magis factum voluisse, quam se.* Quis non videt scribendum, *magis factum voluisse q. s.* Cap. xxxv. *Jam si pectoribus ad translucendum quandam speculari materiam natura obduxisset, cujus non præcordia, &c.* MS. *Fuldenis quoddam s. m.* Corrigo. *quoddam speculari natura obduxisset.* Aliquis ad oram interpretando adscriberat, *speculari materiam*, quod pro genuinâ voce, ut solet, inrepsit in textum. *Speculare* autem est, quod eidem alibi *Specular*, cum dicit,

*corneum specular. juvenalis.*

*Quæ vehitur clauso latiss specularibus antro.*

Plinius lib. xvi. *In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus.* Ex quibus verbis jam capio quæ Seneca de levi saxo, quæ negavi olim capere in Spicilegio Theocritico idyllio vi. Martialis.

*Hybernis objecta Notis specularia pueros*

*Admittunt soles, & sine face dies.*

Cap. xxxvii. *Plures hostes quam cives vobis remansissent, nunc enim pauciores hostes habetis præ multitudinem Christianorū pœnè omnium civium, pœnè omnes cives Christianos habendo.* Delenda censuerim quinque postrema verba, utpote à malâ manu interpretamenti vicè adfuta. Ibidem. *Sed hostes malivitis vocare generis humani potius, quam erroris humani.* Etiam heic postrema vox adluta, idè quæ inducenda: quod quamvis abundè ipse orationis decore evincat, valdè tamen etiam sequens periodus, planè gemina. *Hostes judicare malivitis, qui sumus planè non generis humani tamen, sed potius erroris.* Cap. xi. *Legimus Hierapolim, & Delon, & Rhodon, & Coon insulas multis cum millibus hominū pessam abuisse.* Scribo, & Con, præterea etiam, *Hierapôlin*, ut sit terminatio Græca, quales reliquæ. Ibidem: *Olet adhuc incendio terra, & si quæ illic arborum poma comantur, oculis tenuis, ceterum contacta cinerescunt.* Emendo, *poma cooriantur.* Ibidem. *Sed nec Tuscia atque Campania de Christianis querebatur, cum Volsinios de calo, Pompeios de suo monte perfudit ignis.* Lego. *Pompeios Vesuvio monte p. i.* Subaudiendum est de ἀπὸ τοῦ ὄρους.

## Cap. xxv.

*Sicera*. Hieronymus emendatus.

Suidæ error.

**D**icebatur *Sicera* omnis potio quæ inebriare posset. Suidas. Σικερα. σικερασὸν ποῖμα, καὶ παρ' ἐ-  
 Βεγλοῖς ὄτω λέγμενον. μεθύσμα. εἶν' & συμμιγρῆς ἡδύσ-  
 μασιν. Sed quod addit, ἐκ τ' οὐ κεράδα: id verò fal-  
 sum, venit ab Hebræo *Scheckar*. Hieronymus in E-  
 pistolâ ad Nepotianum. *Sicera* Hebræo sermone om-  
 nis potio nuncupatur, quæ inebriare potest, sive illa quæ  
 frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum fru-  
 vi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut  
 palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisq;  
 frugibus aqua pinguior coloratur. Arnobius in An-  
 notationibus in aliquot loca S. Scripturæ, explicans  
 Lucæ locum paullo antè à nobis citatum. *Sicera* au-  
 tem dactyli succus est, quæ nō aliud quàm carnis dul-  
 cedinem intelligit. Hieronymi autem verba, ne obli-  
 viscar, emendanda hoc modo. Sive illa quæ e frumē-  
 to conficitur sive e pomorum s. Nam adhæferunt hæc  
 monosyllaba finibus præcedētium dictionum. De-  
 inde, coctisq; frugibus aqua pinguior colatur. Atque  
 huius emendationis meæ, tibicen Isidorus Orig. lib.  
 xx. cap. 111. qui tondem panè verbis, suo more, in-  
 tegrum hunc locum transcribit. *Sicera* est omnis  
 potio, quæ extra vinum inebriare potest. Cujus licet  
 nomen Hebræum sit, tamen Latinum sonat pro eo quod  
 ex succo frumenti vel pomorum conficiatur, aut pal-  
 marum fructus in liquorem exprimantur, coctisq; quæ  
 frugibus aqua pinguior velut succus colatur: & ipsa  
 potio

potio sicera nuncupatur. Multa ejus mentio in Sacris  
 literis, & Scriptoribus. Sulpitius Severus Historiæ  
 Sacræ, lib. 1. *Eâ tempestate Samson natus traditur,*  
*hujus mater diu sterilis Angelum vidit, dictumque ei*  
*est, vino & sicera atque immundis abstineret, fore uti*  
*puerum ederet libertatis vindicem & hostium ulto-*  
*rem.* Solomon Proverb. cap. xx. *Derisorem (efficit) vi-*  
*num, tumultuatur sicera, & omnis qui errat in eo non*  
*erit sapiens.* Item cap. xxxi. *Non est regum ô Lemuel,*  
*non est regum bibere vinum, & principum non est si-*  
*cera.* D. Lucas Euang. cap. 1. *Erit enim magnus corâ*  
*domino, & vinum & siceram non bibet.* Hieronymus  
 in epistolâ quadam ad Paulum Monachum. *De his*  
*sunt & illi filii Rechab, qui vinum & siceram non bi-*  
*bebant, qui morabantur in tentoriis.*

## Cap. xxvi.

*Incila* fossæ. *Incilare*. Festus, Cato, & Palla-  
 dius, correcti. *Septimontium*. *Uber* terræ.

**F**ossas veteres in viis ad derivandam aquam fo-  
 diebant, quas *Incilas* dicebant. Festus. *Incilâ fos-*  
*sæ, quæ in viis sunt ad deducendam aquam, sive deri-*  
*vationes de rivo communi factæ.* Ita lego, non *Incilla*.  
 Dicebant *Incilus* & *Incilis*, utroque genere, quem-  
 admodum *Imbecillus*, *Imbecillis*, & talia. Cato de Re  
 Rust. cap. clv. *In monte fossas inciles puras habere*  
*oportet. Primâ autummitate cum pulvis (lego ex V. C.*  
*pluvia) est, tum maximè ab aquâ periculum est. Cum*  
*pluere incipiet, familiâ cum ferreis sarculis (ita etiam*  
*lego ex V. C.) exire oportet, incilia aperire, aquam*  
*diducere in vias.* Hinc *Incilare*. Palladius lib. xi 1.

TIT. III. *Viridissimâ parte corticis acuto ferramenti mucrone feriatur, ac fossa frequentius inciletur.* Ita emendo, nam hodiè, incitetur. Sed quia capi, pergam emendare Palladium eodem libro TIT. VII. ubi de castaneâ *Castanea inseritur (sicut probavi ipse) sub cortice mense Martio vel Aprilis, tamen genere utroq; respondet.* Corrigo ex fide manuscripti, quem utendum suppeditavit mihi doctissimus amicissimusq; Paullus Merula. *Castanea inseritur (sicut probavi) in se sub c.* Sic loquitur Palladius sæpè. Lib. XI. Tit. I. *Decembri mense seruntur frumenta triticum, fur, hordeum, quamvis ordeï satio jam sera sit. Et faba circa septimum Idus feri potest.* Idem ille MS<sup>us</sup>. *circa septa montium feri.* Corrigo, *circa Septimontium.* qui dies festus veteribus Romanis illo mense de quo Scriptori huic fermo. Lib. I. Tit. VI. *Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terra ubertatem infamat.* Longè melius MS. *terre uber infamat.* Quomodo Græci Poëtæ, ἔδαρ ἀπέπης, quod Didymus exponit, τὸ ἀρισταλὸν ἢ τὸ ἐπιμύσταλον τῆς γῆς. Expreslerunt id præter Palladium etiam alii. Virgilius Æneid. lib. I. I. I.

quæ vos à stirpe parentum

Prima tulit tellus, eadem vos ubere lato  
Accipiet reduces.

Martianus lib. I. *Sola verò (quod vector ejus cygnus impatiens oneris atque etiam subvolandi alumna stagna petierat) Thalia derelicta in ipso florentis campi ubere residebat.* Saluianus lib. VII. de Provid. Dei. *Nemini dubium est Aquitanos omnes populos medullam ferè omnium Galliarum, & uber totius fecunditatis habuisse.* Ipse denique Palladius libro citato  
Tit.

TIT. VII. *Ne bonum naturalis fecunditatis colentium depravaverit inertia, & in degeneres surculos uber feracis soli expenderit.* Varro de Re Rust. lib. I. cap. VII. *Cæsar Vopiscus adilitinus causam cū ageret apud Censores, campos Rosæ Italia dixit esse sumen.*

### Cap. XXVII.

Tertullianus correctus, & explicatus.

Vectores, passivè. Diogenis  
Cynici scomma.

Tertulliani Apologeticum paullò ante castigavimus, videbimus & quid in ejusdem de Spectaculis libro reliqui fecerint viri magni. Cap. II. *Tam ferrum Dei res est, quam angelis. Nunquid tamen in hominis necem auctor ista providit? Quid? si, prodidit.* Cap. III. *Generaliter dictum intelligamus, cum quid etiam specialiter intelligi capit. Nam & specialiter quedam pronuntiata, generaliter sapiunt. Lego, capiunt: subintelligitur ἀπὸ κοινῆς, interpretari.* Cap. IV. *Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem convertar ipsius signaculi nostri. Nonne melius? arguari nos p. ita conjeceram, cum video etiam D. Iunio in mentem venisse.* Cap. IX.

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus  
Jungere equos, rapidusq; rotis insistere victor!

Miror tanè hoc non vidisse summos illos Censores,  
legendum esse

rapidusq; rotis insistere vector.

Nam Vectores passivè οἱ ἐπιβάται Latinis authoribus non infrequens dicuntur. Cap. X. *Sed non ignoramus qui sub istis nominibus & institutis simulacris operè-*

*tur, & gaudeant, & divinitatem mentiantur, nequam spiritus scilicet demones.* Duo postrema verba aliquis malè feriat de suo adjecit. Cap. xvii. *Eru- bescat Senatus, erubescant ordines omnes. Ipsa illa pu- doris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem, & populum expavescentes semel anno erubescunt.* Le- go, o. omnes, ipsa illa p. si. d. g. f. a. l. e. p. e. f. a. erube- scant. Sensus est. Ipsa illa meretrices pudoris sui in- teremptrices quæ clam in prostibulis suis nunquam pudore suffunduntur, semel anno in scenâ ludis Floralibus propalam ad lucem & populum expa- vescentes de gestibus suis erubescant. Cap. xx. *No- vam proximè defensionem suaviludii cujusdam audi- vi. Sol, inquit, immò etiam ipse Deus de cœlo spectat, nec contaminatur. Planè sol & in cloacam radios suos defert, nec inquinatur.* Nimis heic se torquet Lati- nius dum suaviludii legit, & pro ludorum suatore accipit, minùs verò Dominus Iunius, qui suavilu- dium interpretatur eum, qui suavitatem in ludis constituit, sive agat ipse, sive spectator sit, sive apud alios conetur defendere suavitatis nomine. Sanè, nisi egregiè fallor, habuit ob oculos Tertullianus Diogenis Cynici scomma, qui *αὐτὸς τὸν ὀνειδίζοντα* *ὡς εἰς τὸ πῦρ ἀκαθάρτους εἰσοίσι, καὶ γὰρ ἡλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀποπάτους, ἀλλ' ὁ μιάσνεται.* ut refert in vita ejus Dio- genes Laërtius lib. vi.

### Cap. xxviii.

Senecæ loca duo restituta. Sidonii pluria.

**D**E magno Senecâ quàm præclarè nuperè meri- tus sit CL. Gruterus in omnium doctorum ore verfa-

versatur, nec meriti istius debitam gloriam dies ul- la obliterabit. Post eum duum locorum mendas vi- sus sum tollere, cujus rei judicem ipsum in primis cupio, & capio. Epist. xiv. *Nam quemadmodum plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit (spe- cie enim vincuntur, qui patientiâ restitissent) ita ex his qua animos nostros subigunt, & domant, plus proficiunt que habent quod ostendant.* Corrigo, N. q. plus agit tortor. Epist. xv. *Mos antiquis fuit, usque ad meam servatus atatem, primis epistola verbis adjicere: Si va- les, bene est. Rectè & nos dicimus. Si philosopharis, bene est.* Atque hæc ipsa prima epistole verba, quomo- do ergo potuerunt adjicere. Scribferim, primis epi- stola verbis dicere. Transeo ad Sidonium, cujus libri meræ mendarum scatebræ. Iuvabo, & aliquot loco- rum emédationes proponam, nam ut omnium nec est hujus instituti nostri, nec, ingenuè fatebor, viriû. Interim, dum alii scriptis libris adjuti hanc sibi ope- ram demandabunt, isthæc delibabo. Lib. i. epistolâ ad Vincentium, sub finem. *Illo tamen seu exspectat, extrema queque seu sustinet, infelicius nihil est, si post tot notas justas contumeliasque aliquid nunc amplius quam vivere timet.* Scribo, p. t. notas injustas. In epi- stolâ ad i. Heronium. *Sed inter hos quoque, quanquam stupendi, tamen varii mores, & genii potius quam ingenii similitudo.* Favor namque super his aliqua suc- cinctius. Scribo, Favor n. Lib. i. in epistolâ ad A- pollinarem. *Quique quod verbis in verecundis aurium publicarum verecundiam incessant, granditer sibi vi- dentur facietari.* Lego, aurium pudicarum verecun- diam incessant. Ibidem. *Ita vivens paucis voluptati, nullis amori, omnibus risui est, vesicarum raptor,*

fractores, ferularum, bibendi avidus, avidior detrahendi, rapido pariter ore spirans canum, spumans vini, loquens venenum, facit ambigi, putidior, temulentior, an facinorosior existimetur. Scribendum, spirans canam. Lege, sis, præcedentia etiam. Lib. iv. in epist. ad Claudianum. Committi domine major in necessitudinis jura provincias, cur quod ad salutis tibi debitum spectat, a stilo & pugillaribus diu temperem. Corrigo, i. n. jura pronuncias. Ibidem. Quodque pretiosus est, tota illo dicto sic casuratum succincta quam profuens, quam rebus amplam strictamq, sententiis sentias plus docere quam dicere. Restituo. Quodque pretiosus est, tota illa dictio, &c. quam discere. Lib. v. in epist. ad Apollinarem. Illud sanè velut Atticæ leges ita in ære credite incisum, nos sub ope Christi nunquam admisuros amoris terminum, cujus studuimus fundere principium. Scribo, fundare principium. Ibidem in aliâ epistolâ ad eundem. Timebat enim verebaturque ne quam tibi calumniam turbo barbaricus, aut militaris continuaret improbitas. Scribo, concinnaret improbitas. Quale mædum memini tollere lib. II. cap. XVI. in Agellio. Et quidem in fine hâc paginæ finis mihi scriptionis. Superabant aliæ multæ tam ad præteritos quam sequentes libros conjecturæ; sed visum manum de tabulâ tollere. Tu macte his præmissis esto amice Lector, & salve.

Cap.

Cap. XXIX.

Lais. Nais. Hyccara. Aristophanis Scholiastes, Synesius, Stephanus, Athenæus, emendantur.

Leguntur apud Aristophanis Scholiasten πλάττω hæc verba. Διχῶς ἔυρηται τὸ ἐώνημαι, καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἡρρακότης, καὶ ἐπ' ἑ ἡρρασμένον. καὶ ὅτι ἑ μὲν ἡρρακότης, ὡς ἐν τῷ δα. ὅτι δὲ τοῦ ἡρρασμένον, ὡς παρὰ συνείσφι. ἢ γὰρ λαῖς ἀνδράποδον ἢ κραικὸν, ἐκ σικελίας ἐώνημένον. Sunt desumpta ex Synesii epistolâ quâdam ad Euoptium fratrem, ubi paullo quidem plenius, ἢ γὰρ λαῖς, ἔφη τις ἴδην λογισθῆναι, ἀνδράποδον ἢ συκραικὸν, ἐκ σικελίας ἐώνημένον. Viden' ? apud illum est κραικὸν, apud hunc συκραικὸν: neutrum rectè. Emeritò. Τετραλογούτες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ ναῖδος. ἢ γὰρ ναῖς ἀνδράποδον ἢ κραικὸν, &c. Cur κραικὸν repofuerim postea ostendam: ναῖς autem debet omninò legi. Synesii hanc esse genuinam lectionem adundè testantur illa Stephani in ἐυχαρτία. ὅτι καὶ ἐυχαρτία φρασεῖον Σικελίας ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις. καὶ γενέσθαι λαῖδα ἐν τούτῳ πλὴν ὅτι κάλλι διαβελημένῳ ἐταῖρον, ἢ οἱ πολλοὶ Κορινθίαν φασί. πλὴν δὲ Λαῖδα πνέει λέγουν, ἀλλὰ Ναῖδα, καὶ Κραικὸν ἀνδράποδον, ὡς Συνείσφι ἐν ἐπιστολῇ. Pro ἐυχαρτία repono ὑκραις, & ὑκραικὸν pro κραικὸν. Scriptionem fuerat ΕΥΚΚΑΡΑ, librarii scioli ignorantè veterem hunc aspiratæ scribendam more in ΕΥΚΑΡΠΙΑ mūtaturunt. Audi Athenæum lib. XIII. Λαῖδος τε τῆς ἐξ ὑκραις, πάλσι δ' αὐτῆ Σικελικῆ, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτῶ γνομένη ἦεν εἰς Κορινθόν. Et postea. Νυμφόδος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυ-

μαζομένων, ἐξ ὑκάρου (scribo ὑκάρων) φησὶ Σικελικοῦ  
 φησὶ ἐν πῶ Λαίδα. Sed & Athenæus Ναΐδα scripsit  
 indubiè. Harpocration arguit. Ναΐς, ἑταίρα τις. Λυ-  
 σίας ἐν τῷ κατὰ φιλωνίδου, εἰ γνήσιος. καὶ ἀεισοφάνης ἐν  
 γρηυλάδῃ. μήποτε ὅτι ἐν Ἰῶ πλούτος φησὶν ὁ κωμικός. ἐρα-  
 δε λαΐς ἢ διὰ σε φιλωνίδου. γρηυλίον ἦν διὰ τῶν ναΐς, καὶ ἢ  
 λαΐς, ὡς καὶ ἀθίναος ὀπσημαίνεται.

## Cap. xxx.

Acron emendatus. Matronarum adulte-  
 rii convictarum pœna. Samonico data lux,  
 simul medicina. Stola apud Græcos infamis.

**A** Cronis ad lib. i. Sat. i i. locus de adulterarum  
 matronarū pœnā mendosè hodie legitur. *Ma-  
 trone que a maritis ob adulterium repudiabantur, to-  
 gam accipiebant sublatā stolā propter ignominiam.*  
*Toga autem meretricibus apta. ita enim prostare sile-  
 bant cum togis puella, ut discernerentur à matronis.*  
 Emendare volui olim. *istæ e. p. f. c. e. pullis, u. d. à. m.*  
 Nam ut dignoscerentur à meretricibus matronæ  
 adulteræ, stolā depositā togam albam capiebant, eū  
 istæ pullam gestarent. Hinc facem præfero Q. Ser.  
 Samonico de Morb. Curat. cap. l. ix.

*Allia præcepit Titiū sententia Vecti.*

*Qui veteri claras expressit more togatas.*

Vocat claras togatas matronas adulteras togā albā  
 indutas. Emendo verò:

*Qui veneris claras expressit amore togatas.*

Id est, qui libidine victus imitatus est matronas ad-  
 ulteras. Siquidem Vectius hic, de quo Sammoni-  
 cus, Tiberii Cæsaris adulterio nobilitatus fuit. Vi-  
 de

de Plin. lib. xxix. cap. i. ut autem stola Romæ ma-  
 tronarum vestis, ita in Græcia meretricum. *Alia-  
 nus ποικίση. lib. xi i. de Aspasia. Η δὲ Ἀσπασία ὄτη  
 ἐνδύνα πολυτελή χλιῶνα ἐβούλετο, ὅτε περιβλημα πε-  
 εβαλέαθ ποικίλον ἔξην, οὔτε λουσαθ ὑπέμενε, ἀνὰ φη-  
 μήσοια ὅθους ἐκάλεε ἑλλημικὸς, καὶ ἐλάθρεϊνς, τοὺς ἀν-  
 τὸς, καὶ τὸ Ἔ πατρός, ὄνομα ἔβρα, καὶ κατηράτο ἑαυτῇ ἐν  
 τῷ πατρὶ δουλείαν σαφῆ καὶ ὠμολογημένην ὑπομένην πι-  
 σεύσοι τὴν ἔξω τῆς συνθείας περὶ τὸ σῶμα σολὴν τε ἀμα-  
 χὺ πεείερον κατὰ σοκλὴν. φαπιδείσοι ὅ παρὸς ἀνάγκημ ἐνε-  
 δν, καὶ εἴκε τοῖς ὀπλάγμασιν ἀλγῶσα, ὁμῶς οὐ παρδενικῶ  
 αἰλ' ἐπιεικῶ πράττειν ἐβιάζετο. Hinc & Hesiodus me-  
 rettricem πυροσόλον appellavit.*

*Μηδὲ γυνὴ σε νόον πυροσόλο ἐξαπαλάτω.*

## Cap. xxxi.

Τιμῆνι. Τήβεννι. Trabea Troffula. Dio-  
 nysii Halycarnassæi ignorantia.

**N**on convenit inter authores, Græcorum τήβεν-  
 νι cui Romanorū vesti conveniat. Helychius  
 contentus fuit dixisse. Τήβεννι εἶδος περιβολαίου πα-  
 ρὰ ῥωμαίοις. Dionysius Halycarnassæus lib. i. i. togas  
 nuncupat. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀμφιθεμάτων ῥωμαίοις  
 μὲν τόγας, ἑλλῆνες δὲ τήβεννον καλοῦσιν, ἢ οἷδ' ὀπλοδὴν  
 μαδόντες. ἑλλῆνικὸν γὰρ εἴ φαίνεται ματανομα εἶν. Pland  
 in diversum abit Eunapius in vitâ Iuliani. *Εν πτωδῶ  
 ἀνὰ τε ἐσθῆθισιν ὁ ἀνδραπαλοῦ ἐκ Ἐ. δεικνυ, καὶ τὴν περὶ  
 πόροφρον ἀνασειων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν ῥωμαίοι καλοῦ-  
 σιν, ὡσπερ μεράκλον ὁ βαρὺς ἐμῆνι καὶ ἀμελικῶ. ἐκρί-  
 πει ἢ περαγέρον. Quæ verba de trabea Troffula ca-  
 pienda sunt, nam illa erat περιποροφρος, sicut Regia*

ἑλοπόροφος. Ait verò Dionysius nescire se cur Græci τήβεινον appellant, ego docebo. Fuit Timenus Artæas, qui primus per Ionium sinum cum navigasset palliam ita induit, quem imitari incolæ similem vestem paraverunt, eamque ab ejus nomine τιμένιον vocaverunt: postea autem depravatiore vocabulo τήβεννος est appellata. Artemidorus lib. 11. cap. 111. Τα δ' αὐτὰ (σημαίνει) καὶ ἡ ῥωμαϊκὴ ἕδρις ἢν νῦν τήβεννον καλοῦσιν ἀπὸ πμένου ἔαρκάδος, ὃς πρῶτος τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα τοῦτον περικέβαλλετο τὸν τρόπον ἐπὶ σαλεύσεια κατὰ τὸν ἰόνιον κόλπον, καὶ ὑπερχειρεῖς ὑπὸ τῶν ταύτη κατοικούντων. εἰς οὗ μακρόντες καὶ δι' ἐγγύωιοι τὸν αὐτὸν ἐσκιάσαντο τρόπον, καὶ ἐκάλυν τὴν ἕδρην πμένιον, ἐπώνυμον πμένου ἔστυντος. ἵστεν δ' ἵω χεῖν ἠ παρὰ ἑσθάρην τὸ ὄνομα τήβεννος (scribo τήβεννος) ἐκλήθη.

## Cap. xxxi f.

## Precari, pro Deprecari. Petronii

lectio defensa.

**I**N Petronio nonnulla post alios à me emendata, que nunc quidem non proponam: unum tantum locum male tentatum adseram, siquidem non minorem meretur laudem qui veram lectionem defendit, quam qui falsam eicit, quamvis hoc fortasse majoris operæ quis dicat. Sed ne multâ circumducam verborum ambage, locum dabo, is est pag. 100. editionis ultimæ. *Quid est, inquit, paralyticæ, eequid hodie totus venisti? Rogas, inquam ego, potius quam tentas? totoque corpore in amplexum ejus immisus nō precantis usque ad satietatem osculis fruor.* O crux, quam tu crucias magnos Criticos! Altes vult,

vult, non pernegantis, alter non pugnantis. Immo verò precantis rectè est, pro deprecantis. Sic apud Terentium precator non semel pro deprecatore. Heautont. Act. v. Sc. 11.

— nec tu aram tibi,

Neque precatorem paravisisti.

Sub ejusdem scenæ exitum.

— ad Menedemum hinc pergam, eum

Precatorem mihi paro.

Donatus. Precari, aliquando idem quod deprecari Phorm. Act. 2. Sc. 11.

— G. ad precatorem abeam credo, qui mihi

Sic oret.

Quæ loca si ipsis in mentem venissent, nunquam Petronium sollicitassent.

FINIS

Preces

AD

DEVM

Fusa in diuturno & gravi morbo,

Anno. clō. la. xcix.

**M**agne DEVS, qui templa tenes flammantia mundi,  
Qui patrem nobis te dixi, nomine Natos  
Appellans blando, praevos licet, & patre tanto  
Indignos, si non bonitas faceret tua dignos.  
Alteram jam celeres agitat per signa quadrigas,  
Annum festinus properat dum condere Titan;  
Ex quo me serpens per viscera torruvit acri  
Igne calor, Styga trans Lethæaq; flumina natus,  
Febris ubi, morbiq; habitant crudelia secla.  
Ad te confugio supplex, te voce fatigo,  
Sis facilis, placidamque preces admittito in aurem.  
Deme mihi hunc morbum, insolitos mihi deme calores;  
Et que olim fuerunt juvenanti in corpore vires,  
Da, precor, ut redeant, & membra trementia firmem.  
Grandia sunt, fateor, quæ admisi crimina, grandes  
Commerui penas, verum clementia maior  
Est tua, quæ veniam suadet sperare benigna.  
Namque soles, si quando vagi de tramite recto  
Cessimus (humana est ut multum lubrica vita.)  
Mox reduces, blandus peccantibus indulgere,  
Ut pater errori natorum ignoscere pronus.

Sed tu, summe Parens, reliquæ mihi tempora vitæ  
(Si qua tamen superant.) divine ad legis amissim.  
Institues, gradibus certisque angustâ viarum  
Raro trita solo facies transmutare, per censem  
Ut postquam extremum tandem calvenero anhelum,  
Præmia cursuræ possum meruisse beatæ.  
Quum hoc mens animi votum ardentibus optat.

LECTOR

LECTOR BENIVOLE

*Dum secunda hæc pars excuditur abesse coactus fui: interea temporis aliquoties, ut fit, ab operis peccatum. Peto à candore tuo & humanitate, ut hæc quæ proposui errata, & si quæ alia offendes, benignè corrigas. Vale, & his juvenilibus meis studiis æquum te præbe.*

Pag. 36. lin. 23. ad. leg. ab. Pag. 39. ἀγῶν, l. ἀγῶν. Pag. 41. lin. 29. cossim, leg. cossim. Pag. 44. lin. 11. illud. leg. ille. Pag. 45. Sesquibulisse, leg. Sesquibulisse. Pag. 46. Captro, leg. Captio. ibid. Capta, leg. Capto. Pag. 47. ἴριγον, leg. ἴριγον. leg. Ibidem. ἀσπίδους, leg. ἀσπίδων. Pag. 48. lin. 11. ito, leg. ita. Pag. 50. lin. 9. excoleratum, leg. exoletatum. Pagin. 66. lin. 3. torto falcem, leg. torto frontem. Pag. 71. lin. 15. ibi in, leg. ibi monui in. Pag. 72. lin. 25. Nunc ut nihil, leg. Nunc nihil, Pag. 85. lin. 7. habcant, leg. habebant. Pag. 88. lin. 1. dele aut. Pag. 91. lin. 7. utrumquemque, leg. unumquemque. Pag. 91. lin. 25. lege καλεῖσθαι μενοι, & δεχομένων. Pag. 92. lin. 20. lege ἀπαρχῆς & ἀσπίδων. Pag. 101. lin. 18. leg. Sabini. Pag. 122. lin. 9. leg. constantia. Pag. 124. lin. 7. leg. erat. Pag. 127. lin. 9. lege Apellinem apellemem. Pag. 129. lin. 6. leg. lungla. Pag. 174. lin. 27. leg. superstitiosioribus. lin. 31. μὲν ἐν εἰσὶ τῶν κακῶν. Pag. 175. lin. 17. qui, leg. que. Pag. 181. lin. 9. nunc. lege tunc. Pag. 182. lin. 17. multis, lege multus. Pag. 193. lin. 1. huius, lege. hunc. Pag. 208. lin. 9. Berenices, lege Berenices. lin. 22. Almodo, leg. Almodi. lin. 23. Alio, leg. Alis. Pag. 213. lin. 25. ἐκ ἀδελφῶν, leg. ἐκ ἀδελφῶν.



# INDEX

## Rerum & verborum in his Animadversionum Miscel- larum libris:

<b>A</b> Bascantus non Abascā- tius apud Statium legi debere. 125.	<i>Augura.</i> 176.
Academia quā reverētia ha- bitā. 21 §. puteus eiusdē. 216	Annales Maximi qui. 138.
<i>Acifularius.</i> 40.	Annulorum sculpturæ. 34.
Acifularum familia. 41.	<i>Antefixa.</i> 24.
<i>Acifulum.</i> 40.	<i>Antepagmenta.</i> ibid.
Aderare. 169.	<i>Apello.</i> 127.
Adjubilare. 143.	<i>Α πεινυλισμοός.</i> 191.
Egroti olera edere soliti. 115	<i>Α πιο.</i> 131.
in plateā collocati. 163.	<i>Α ποκριστarius.</i> 40.
Eneæ in Laurenti agro sa- crificium. 231.	<i>Α πόλαφο.</i> 157.
Ænigma. 39.	<i>Α ποχαλκίζιαχ.</i> 169.
Ærulfatores. 169.	<i>Α πρι.</i> 24.
<i>Α χαρο.</i> 176.	<i>Αρε.</i> 172.
Agnæ Aville. 78.	<i>Αραπennis.</i> 42.
Agolum. 99.	Arceæ in carcere. 173.
Agros funibus mensi vete- res. 198.	<i>Αrculata.</i> 25.
Albunea. 39.	<i>Αrcumta.</i> ibid.
Alis. 208.	<i>Αrgentum</i> quid proprie. 52.
<i>Αλοπεγiosa.</i> 39.	<i>Αrgentum</i> olim dictū. ibid.
Altelli. 19.	<i>Αρμιτες.</i> 92.
Alumeton. 26.	<i>Αρμιτια.</i> ibid.
Amantium mos. 81.	<i>Α σείδης.</i> 176.
Amicorum peregrē abeu- tium mos. 148.	<i>Α σείλον χαριον.</i> 159.
<i>Α μιδρομια.</i> 182.	<i>Α στροις τετραειρεαχ.</i> 180.
<i>Α μπλοττι.</i> 101.	Ate collis. 103.
<i>Α νακροπτήρα.</i> 184.	<i>Αυca.</i> 205. <i>Aucilla.</i> ibid.
<i>Α ναλόγιον.</i> 8.	<i>Αυger.</i> 26.
<i>Α ναπαύλας.</i> 177.	<i>Αυrea.</i> 128.
<i>Α ναξαμεντα.</i> 28.	<i>Αυrea.</i> 129.
	<i>Αυrea.</i> 128.
	<i>Αυris</i> pro capisto. 128.
	<i>Α ναξαμεντα.</i> 28.

**B.**  
**B** Ajulorum apud Persas  
mos. 177.  
*Bat.* 27.

*Birrus.*

# INDEX.

<i>Birrus.</i> 197.	<i>Columnæ</i> olim fixæ in agris ære alieno obrutorum. 158
Bonum factum, concessum, datum. 74.	<i>Coffus</i> pro vaticinandi peri- to. 39.
<i>Bronton.</i> 67.	26. <i>Cremia.</i> 100.
<i>Bu.</i> 26.	<i>Crepa.</i> 10.
<i>Burn.</i> 40.	Crepare in convivio à Clau- dio pœnè permissum. 73.
<b>C.</b>	Crepitu auspicia vitiata, co- mitia prohibita. ibid.
<b>C</b> Adere pro Claudicare. 100.	Crepitus asinis emittitur præ gaudio. 74.
<i>Cacare</i> pro Abscondere. 69.	Crustræ ollarum. 100.
Cæde cædem vindicare ne- fas. 191.	Culei origo. 162.
<i>Canacbeni.</i> 18.	Cubicula <i>Nocturna</i> & <i>Diur- na.</i> 148.
<i>Canis.</i> 29.	<b>D.</b>
Capite plectendi arctiore in custodiâ & lautius habi- ti. 174.	<b>D</b> & <b>T</b> promiscè scribeban- tur. 48.
Cappadocum in tormentis constantia. 122.	<i>Δεκάτιον δύνεισάσας.</i> 183.
Capræ in pascuis vagæ. 93.	Decidere pro Moti. 72.
<i>Caprensula.</i> 46.	Deverra Dea. 31.
Castellamêra Lucanica. 10.	Dextræ reverentia. 57.
<i>Castipulum.</i> 41.	Dextræ inter signa milita- ria. 58.
<i>Catax.</i> 100.	Diaconi olim in Ecclesiâ le- gebant. 6.
Cellæ sepulcrales. 155.	Dianæ à puerperis vestimē- ta consecrari solita. 288.
Cereris in nuptiis vinum li- bati nefas. 152.	Dies <i>Magnus.</i> 227.
<i>Ceres</i> Σιτά. 238.	Ditiores mucis, pauperio- res laciniis sudorē abster- gebant. 33. à parasitis Ge- nii dicti. 84.
<i>Cervinus.</i> 30.	Divi parentum qui. 63.
<i>Cerus.</i> 104.	Dominorū nomina in ædi- bus scribi solita. 174.
<i>Cesticillus.</i> 25.	Domitiani statuæ centum pondo. 125.
<i>Χιτών</i> Diana. 89.	<i>Dubenus.</i> 79.
<i>Χαρίον</i> ἄσικτον & ὑπόβολον. 159	<b>E.</b>
<i>Κιβώλια.</i> 167.	<b>E</b> pro O antiqui scribebāt. 26
<i>Cineraria.</i> 156.	<i>E διατροι.</i> 12.
<i>Cinerarij.</i> ibid.	<i>Εδείο.</i>
<i>Cinguli.</i> 43.	
<i>Circes.</i> 31.	
<i>Cisio</i> usi viatores. 124.	
<i>Claxendix.</i> 30.	
<i>Cocistrones.</i> 13.	
<i>Cocula.</i> 100.	
<i>Cæpio.</i> 129.	

**I N D E X.**

<b>E'drictay.</b>	192.	<b>Foftris.</b>	42.
<b>E γυύκλια.</b>	18.	<b>Fratres dicti qui eodem ma-</b>	74.
<b>Eισπύειν.</b>	86.	<b>ner fungebantur.</b>	74.
<b>Eισπνήλαγ.</b>	ibid.	<b>Fruji pro Edere.</b>	15.
<b>E πακρία.</b>	164.	<b>Fruma pro Forma.</b>	15.
<b>Epiriui.</b>	212.	<b>Fulgura Adteftata, Cōtrovor-</b>	
<b>E φολοι ευχαΐ.</b>	92.	<b>fa, Peremptalia, Poftularia,</b>	
<b>E γμύεις.</b>	153.	<b>Provorfa, Renovativa.</b>	55.
<b>E υμφεις.</b>		<b>Funes olim è fetis.</b>	80.
<b>E'εαγγιλια.</b>	92.	<b>Funibus agros olim metiri</b>	
<b>E'εαγγειν.</b>	169.	<b>mos.</b>	198.
<b>Exclamatio in funere.</b>	191.		
<b>Exercitio.</b>	111.	<b>G.</b>	
<b>E'επίελα.</b>	91.	<b>G pro C antiqui ponebāt.33.</b>	
<b>Extricate gemmæ.</b>	79.80.	<b>Gaius.</b>	81.
<b>Exulare active.</b>	110.	<b>Galbei unde dicti.</b>	ibid.
<b>Exules ex attritis patriæ fitu</b>		<b>Genii à parasitis dicti divi-</b>	
<b>notabant.</b>	180.	<b>tes.</b>	84.
		<b>Gladium in juftâ cœde foli</b>	
<b>F.</b>		<b>ostendere mos.</b>	191.
<b>F Alatum.</b>	48.	<b>Gladiis femper accincti ve-</b>	
<b>Fafanum.</b>	112.	<b>teres.</b>	85.
<b>Febra.</b>	16.	<b>Graffatores.</b>	120.
<b>Fefnum.</b>	112.		
<b>Fibo.</b>	111.	<b>H.</b>	
<b>Filiorū minimi patres olim</b>		<b>H Anula.</b>	42.
<b>comitabantur.</b>	175.	<b>Heluones.</b>	114.
<b>Fixula.</b>	111.	<b>Helufclum.</b>	129.
<b>Flagellorū lora è fetis por-</b>		<b>Herès quæ, &amp; à quibus cul-</b>	
<b>cinis.</b>	80.	<b>ta.</b>	119.
<b>Flaviæ gentis templum.</b>	123.	<b>Hiafcere.</b>	196.
<b>&amp; flamines.</b>	ibid.	<b>Hieta.</b>	32.
<b>Fœnifeces caput fœno redi-</b>		<b>Hyccara.</b>	247.
<b>miti.</b>	65.	<b>Hædus pro Fœdus.</b>	42.
<b>Follum.</b>	129.	<b>Homicidæ per annum exu-</b>	
<b>Follicularis vita.</b>	ibid.	<b>les.</b>	191.
<b>Forba.</b>	16.	<b>Homo uer' exolw pro viro.19</b>	
<b>Fores quomodò ornari fo-</b>		<b>Hostilii Lares quit. 64. cur</b>	
<b>lita.</b>	23.	<b>culti, &amp; ædes ubi eis dica-</b>	
<b>Fortuna muliebris Iuno.</b>	84.	<b>ta.</b>	ibid.
<b>Fortuna Virginalis Venus.</b>	84.		
<b>Veftes ei à puellis con-</b>		<b>I.</b>	
<b>secratae, itẽm incunclæ, &amp;</b>		<b>I Anus Cerus manus dictus.</b>	
<b>coronæ.</b>	83.84.	<b>105.</b>	
		<b>Incunclæ Veneri confecra-</b>	
		<b>tæ à virginibus.</b>	81.

*Γεγά*

**I N D E X.**

<b>Γεγά' ε'δης, σολη.</b>	163.	<b>Loci communes.</b>	157.
<b>Ignia.</b>	100.	<b>Logi.</b>	20.
<b>In. miffalus que nã avis fit.</b>	53.	<b>Lucem facere.</b>	231.
<b>Incile follæ.</b>	241.	<b>Lunus deus,</b>	238.
<b>Inclare.</b>	172.241.		
<b>Incrementũ pro hyperbole.</b>	20.		
<b>Ingens pro gravido.</b>	ibid.		
<b>In ordinem redigere.</b>	17.		
<b>InfcRIPTIONES xdiũ ad amo-</b>			
<b>lienda infortunia.</b>	174.		
<b>I'ordũ.</b>	121.		
<b>Iovi Fulguritori cur facra</b>			
<b>facta.</b>	55.		
<b>Iovis oculus Sol dictus.</b>	186.		
<b>Iovifte.</b>	56.		
<b>lunceæ virgines.</b>	43.		
<b>Iungula.</b>	129.		
<b>Iunoni à puerperis facra fa-</b>			
<b>cta.</b>	88.		
<b>Iuvenes &amp; virgines sub Ve-</b>			
<b>neris regno effe crediti, 83.</b>			
		<b>K.</b>	
<b>K Eũ.</b>	8.	<b>Menfæ antiquiffimæ qua-</b>	
<b>Kεερω.</b>	187.	<b>dratę.</b>	110.
<b>Kidũeis.</b>	96.	<b>Merites.</b>	108.
<b>Kεάκται.</b>	7.	<b>Mercurius fomni prefes.153.</b>	
		<b>pocula ei ultima libata in</b>	
		<b>cœnã. ibid. eiusdẽ effigies</b>	
		<b>in fulcris lectorum. ibid.</b>	
		<b>Metelli.</b>	108.
		<b>Militiẽ mortui publicẽ A-</b>	
		<b>thenis feputi.189. &amp; liberi</b>	
		<b>eorum educati.</b>	190.
		<b>Millus.</b>	101.
		<b>Mitra triplex.</b>	92.
		<b>Mneũs.</b>	229.
		<b>Megetum.</b>	33.
		<b>Molletra.</b>	101.
		<b>Momar.</b>	46.
		<b>Monilibus olim nomina in-</b>	
		<b>sculpi folita.</b>	99.
		<b>Moyfes Μίαχι vocatus.</b>	44.
		<b>Μυεεμτ.</b>	33.
			33.

*Mugi-*



I N D E X.

<i>Tapulum.</i>	110.	Vber terræ.	242.
ΤήβενϠ.	249.	<i>Velumenta.</i>	82.
<i>Terevum.</i>	53.	Veneri icunculæ, coronæ, &	
Θαργήλια.	89.	zonæ suspensæ.	84.
ΘάργηλϠ.	90.	<i>Vestifici.</i>	55.
Theophili error.	93.	<i>Vincamus</i> , exclamatio Hispa-	
ΘάκϠ.	110.	norum illato lumine.	170.
Θύεν τλω δικάτω. 88. 183, τὰ		<i>Vinulus.</i>	34.
ξενίθλια. 91. τὰ ἐπινικια 92. τὰ		Vngendorum pedum mos.	
ἐκβατήθλια. ibid. τὰ ἐναγγί-			147.
λια.	161.	Vota veterum antequam ad	
ΤιμείνϠ.	250.	bellum aut peregrè irent.	
Trabea trofcula.	249.	91.	
<i>Trabek.</i>	79.	<i>Vrgus.</i>	66.
Trábica.	ibid.	Υπόβολον χωρίον.	159.
Τράφηξ.	ibid.	Υ΄σειξ.	80.
Triboniani error.	93.	Z.	
<i>Trica.</i>	79.	<b>Z</b> <i>Abyra.</i>	66.
<i>Trimalcio.</i>	43.	Zonà se suspendebant	
<i>Tu noctuæ vox.</i>	27.	virgines.	94.
<i>Tulere.</i>	111.	In Zonis pecuniæ ferri soli-	
		ta:	166.
V pro I.	82.		

F I N I S.